DANTIS ALAGHERII DE VULGARI ELOQUENTIA

LIBRI II

REC. LUDOVICUS BERTALOT

1917
FRIEDRICHSDORF APUD FRANCOFURTVM AD M.
PROSTAT APUD EDITOREM.

PRAEFATIO

Dantis libros de vulgari eloquentia tradunt codices tres:

B codex Bini, membranaceus, saeculi XIV^{2}, de quo alio loco fusius agam.

C codex Corbinelli, nunc Gratianopolitanus 580, membranaceus, scriptus saeculo XIV exeunte in Italia septentrionali, qui saeculo XVI fuit Iacobi Corbinelli philologi. Simulacrum integrum totius codicis ediderunt Maignien et Prompt: *Dante Allighieri. Traité de l'Eloquence Vulgaire. Manuscrit de Grenoble. Venise, Olschki éditeur, 1892.*

T codex Trissino, nunc Trivultianus 1088, chartaceus, exaratus saeculo XIV exeunte in regione Patavina vel Vicentina, qui circa a. 1400 fuit 'Bartolomey de Zambellis', deinde 'Iacobi M. Clementis Padue Causidici', postea 'Marci de Placentia', saeculo XVI ineunte Iohannis Georgii Trissini philologi, inde a plus quam centum annis marchionum (nunc principum) Trivulzio Mediolanensium.

Codices *C* et *T* ex eodem archetypo descriptos esse communibus corruptelis litteraturaque satis apparet. Noto e. g: omissiones: I 5 14 cum de eterna] cum eterna *CT*;

I 12 18—19 excellentes animi Latinorum enitebantur] excelletes latinorum nitebantur *CT*;

I 15 32—33 lo fino—Ghisilerius *om. CT*;

43 si etiam quod *om. CT*;

I 16 13 ab albo *om.* *CT*;
II 3 39 in omnibus—reperitur *om.* *CT*;
II 6 45 Iudex—lassi *om.* *CT*;
II 11 21—22 carminibus—uterque *om.* *CT*;

dittographiae: I 6 40 loquentis] loquentis loquentis *CT postea corr.*;
I 10 6 aduerbium] aduerbium aduerbium *CT*;

menda: I 4 16 non] ut *CT*; 17 Ade] adeo *C*, ad eo *T*;
I 5 21, II 12 57 elicere] eligere *CT*;
I 8 10 indigene repedassent] indigne repedissent *CT*;
I 9 13 celitus] delict' *CT*;
I 9 16 Sim sentis fezelz] surisentis fez lz *CT*;
I 13 3 plebeia] plebeat *CT*;
I 16 7—8 ponderentur et a quo] pondereretur et illico *CT*; 40 in Latio] illatio *CT*; 41 municipalia] municipia *CT*;
I 19 10, II 1 3 latium uulgare] latinum uulgare *CT*;
II 1 3 decere] deceri *CT*; 5 permanere] per mare *CT*;
II 2 5 Circa] ēe *C*, ēe *T*;
II 3 19 et 35 cantiones] cantones *CT*;
II 4 1 sint] sicut *CT*; 2 modum] modus *CT*; *quater* canenda] cauenda *CT*;
II 6 56 Subsistant] īsusistat *CT*;
II 9 14 congremiatio] conteminatio *CT*;
II 12 53, II 13 25 diesim] dieresim *CT*;
II 14 4 deinde] diuidere *CT*;

compendia recta: I 3 14 quare] .q̃r. *CT*; quid est] quid ē *CT*;
I 4 35 interrogante] int'ogante *CT*;
I 11 5 extimant] extiʒāt *CT*;
I 12 29 secundum] .ꝭ. *C*, .ß. *T*;

compendia falsa vel omissa: I 2 25 iidem] ī idem *CT*;
I 6 10 idest] ideʒ (= idem) *CT*;
I 8 41 anglico mari] aglicomari *CT*;

I 9 16 per uer] puer. *CT*;
I 14 8 habet] hn̄t *CT*;
I 17 27 profiteri] ꝑfitieri *C*, ꝑficieri *T*;
II 4 1 extricantes] extrīcates *CT*; 55 nolint] nolit' *CT*;
II 6 10 dictiones] dicēs *CT*;
II 7 39 asperitatem] aspitatem *CT*;
II 11 2 hec etenim] h' ē eīꝫ *CT*;

coniunctiones divisionesque falsae verborum:
I 3 11 cum de ratione] eundem ratione *CT*;
I 6 28 concreatam] cum creatam *CT*;
I 7 32 eademque] eadem que *CT*;
I 11 20 finitimos] finiti mos *CT*;
I 12 3 seligamus] se ligamus *CT* (II 6 4 se legimus *CT*);
I 13 8 si rimari] sirimari *CT*; 31 pars eorum] parseorum *CT*;
II 4 51 deorumque] deorum q̄ *CT*;
II 11 32 in stantia] instantia *C*, instancia *T*;

distinctiones verborum falsae:
I 1 16 ab assistentibus, cum] ab adsistentibus. Cum *CT*;
I 2 31 sint, ad hoc respondemus] sint. ad hoc. Resp- *CT*;
I 6 7 filiorum Adam. Nam] filiorum. Adam nam *CT*;

naevi orthographici: I 3 13 deferri] defferi *CT*;
I 8 8 Europe] euripe *CT*, 14 europie *CT*; 33 uiuit] niuit *CT*;
I 11 25 accentus] attentus *CT*;
I 15 6 conicimus] ꝯuicinuus *CT*;
II 3 16 uetusta] uestuta *CT*;
II 6 27 sompniando] soprimando *CT*.

C diligentius quam *T* archetypum exscripsisse videtur. Nam fuerant in archetypo nonnulla in margine adnotata, quae suo loco omissa erant a librario: quae *T* omnino neglexit, *C* in scripturam recepit, veluti factum est I 4 10, 18 ubi verba 'de fructu lignorum que sunt in paradiso uescimur' et 'ipsum' in *T* omissa in *C* leguntur suppleta in margine et inter versus.

Codicem *B* et archetypum codicum *CT* ex eodem archetypo descriptos esse corruptelae litteraturaque trium codicum *BCT* communes evincunt: e. g.

omissiones: I 7 10 que; I 9 19 cor;
II 2 34 spiritu; II 5 15 multiplicatur;
II 12 48 et pes — eptasillabum;


menda: I 5 20 affectuum] effectuum *BCT*;
I 6 3 intelligantur] intelligatur *BCT*;
I 7 16 superbam] superbiam *BCT*;
I 9 17 bonté] bente *BCT*; 43 coetaneis] coatenis *BCT*:
I 11 17 poiuerat] posuerat *BCT*;
I 13 30 mutire] mictere *B*, mittere *CT*;
I 17 6 quidem] quoque *BCT*;
II 2 58 mudar] nuldat *BCT*;
II 4 38 fuit] fuisse *BCT*;
II 6 39 Danielis, Sols sui] dan. solui *BCT*;
II 13 5 sine rithimo] siue rithimos *BCT*;

compendia recta falsaque:
I 2 33 mouerunt] mouert̄ *BCT*;
I 6 24 Florentiam] flor̄. *BCT*;
I 7 24 hostili] hostil' *BCT*;
I 10 37 possunt] pōt *BCT*;
I 13 1, 15 14 hec] h' *BCT*;
I 14 30—31 nec . . nec . . nec] nʒ . . nʒ . . nʒ *BCT*;
II 1 16 uidetur] .v.ᵘ *B*, .v.ⁿ *C*, .V.ᵘ *T*;
II 2 9 huiusmodi] huius u̇ *BCT*;
26 quod maioribus] q̧ maioribus *BCT*;
II 4 45 assumptum] ad sup̄mū *B*, adsup̄mū *C*, ad sup̄muʒ *T*;
II 5 42 numeris] nūs *BCT*;
II 8 15 Eneidorum] ene. *B*, ene; *CT*;
II 10 11 per ,temur *BCT*; 19 e] ? *BCT*;
II 11 38 e contrario] eꝯ̃io *B*, eꝯĩo *CT*;
II 12 11 Florentia] flōr. *BT*, fl'or *C*; 42 tantum] tn̄ *BCT*;

naevi orthographici:

I 7 45 conicio] conitio *BC*, comtio *T*;
I 10 21 inniti] initi *BCT*;
I 11 18 fermana] ferinaua *BCT*;
I 12 46, 15 44 pulcerrimum] pulcerimum *BCT*;
II 7 28 trisillabitati] trisilabitati *BCT*;
43 inanimatissimamente] māma tissimamente *BCT*.

Sunt ergo fratres codices *CT* fratresque horum archetypus et codex *B*. Unde cognatio librorum nostrorum hoc stemmate demonstrari potest:



Quod rationem editionis nostrae nobis persuasit. Nam *C* et *T* eundem statum traditionis praebere apparet, quibus dissentientibus adhibito *B* melior lectio discerni potest. Uno tantum loco *BT* consentientibus *C* solus unoque loco *BC* consentientibus *T* solus aut religiosius exscribendo archetypum aut recte emendando genuinam lectionem servaverunt: I 11 14—5 quod in improperium *C* (quod in properium *BT*); II 6 14 discretionis *T* (disgressionis *BC*). Item I 12 contra consensum codicum *BC* bis orthographiam unius *T* secutus sum: 4 siciliano *T* (scic- *BC*), 11 opprobrium *T* (obpr- *BC*). Sed ubi *B* et *CT* inter se differunt, cum alium codicem arbitrum non habeamus, re ipsa lectiones diiudicandae sunt. In quo codex *B* melioris fere notae, attamen *C* et *T* minime spernendi apparent; qua de causa saepe *B* secutus sum, sed non raro etiam codices *CT* praetuli, ubi verba aut sensus aliave ratio poscere videbantur. Consentientibus *BCT*

habemus lectionem archetypi, unde *B* et interposito apographo *C* et *T* deriuati sunt, quod an Dantis autographum an eius apographum fuerit nescio.

Quae cum ita sint, variae lectionis apparatum ita institui, ut codicis *B* et consentientium codicum *CT* diversitatem lectionum omnem, codicum *CT* peculiares errores raro tantum adnotarem. Uncis ( ) comprehensi lectionem primitivam ab eodem librario postea mutatam. Orthographica levissima semper neglexi et in indicem rei orthographicae reieci.

Omnino neglexi, ut par est, codicem Vaticanum Reginae latinum 1370 olim Petri Bembi, quippe qui saeculo XVI ineunte ex *T* descriptus sit, eademque de causa codicem Vaticanum latinum 4817 olim Angeli Colutii philologi folio 284 capita 9 et 10 libri II exhibentem [1].

Codice *C* primus usus est Iacobus Corbinelli ad editionem principem Parisiis 1577 foras datam. Codice *T* nisus est Iohannes Georgius Trissinus ad parandam versionem italicam anno 1529 Vicentiae impressam. Utroque codice primus usus est Pius Rajna (= *R*) ad editionem [2] primam via ac ratione philologa instructam et quidem primariam. Codicem *B* primus ego adhibui.

---

1 quod excerptum edidit S. Debenedetti (Gröbers Zeitschrift für romanische Philologie 28, 1904, p. 92—93).

2 SOCIETÀ DANTESCA ITALIANA. OPERE MINORI DI DANTE ALIGHIERI. EDIZIONE CRITICA. Il trattato de vulgari eloquentia per cura di Pio Rajna. Firenze 1896. — Edizione minore. Firenze 1897.

INCIPIT LIBER DE VVLGARI ELOQVENTIA DANTIS ALAGHERII FLORENTINI.

CVm neminem ante nos de uulgaris eloquentie doctrina quicquam inueniamus tractasse, atque talem scilicet eloquentiam penitus omnibus necessariam uideamus, cum ad eam non tantum uiri, sed etiam mulieres et paruuli nitantur, in quantum natura permittit, uolentes discretionem aliqualiter lucidare illorum, qui tanquam ceci ambulant per plateas, plerunque anteriora posteriora putantes, uerbo aspirante de celis, locutioni uulgarium gentium prodesse temptabimus, non solum aquam nostri ingenii ad tantum poculum aurientes, sed accipiendo uel compilando ab aliis, potiora miscentes, ut exinde potionare possimus dulcissimum ydromellum. Sed quia unamquanque doctrinam oportet non probare, sed suum aperire subiectum, ut sciatur quid sit super quod illa uersatur, dicimus celeriter attendentes, quod uulgarem locutionem appellamus eam, qua infantes assuefiunt ab assistentibus, cum primitus distinguere uoces incipiunt; uel, quod breuius dici potest, uulgarem locutionem asserimus,

---

Incipit Rectorica dantis *B*, Incipit liber de uulgari eloquio siue idiomate editus per dantem *CT*

3 necessaria *CT* 4 ea *B* 5 permictit *BCT* 8 tentabimus *C*, tant- *T* 12 non solum probare *B* 15 eam quam *CTR* 16 adsistentibus. Cum *CT*

quam sine omni regula nutricem imitantes accipimus. Est et inde alia locutio secundaria nobis, quam Romani gramaticam uocauerunt. Hanc quidem secundariam Greci habent et alii, sed non omnes. Ad habitum uero huius pauci perueniunt, quia non nisi per spatium temporis et studii assiduitatem regulamur et doctrinamur in illa. Harum quoque duarum nobilior est uulgaris, tum quia prima fuit humano generi usitata, tum quia totus orbis ipsa perfruitur, licet in diuersas prolationes et uocabula sit diuisa, tum quia naturalis est nobis, cum illa potius artificialis existat. Et de hac nobiliori nostra est intentio pertractare.

2 HEc est nostra uera prima locutio; non dico autem 'nostra', ut et aliam sit esse locutionem quam hominis; nam eorum que sunt omnium soli homini datum est loqui, cum solum sibi necessarium fuerit. Non angelis, non inferioribus animalibus necessarium fuit loqui: sed nequicquam datum fuisset eis; quod nempe facere natura aborret. Si etenim perspicaciter consideramus, quid cum loquimur intendamus, patet quod nichil aliud quam nostre mentis enucleare aliis conceptum. Cum igitur angeli ad pandendas gloriosas eorum conceptiones habeant promptissimam atque ineffabilem sufficientiam intellectus, qua uel alter alteri totaliter innotescit per se, uel saltim per illud fulgentissimum speculum, in quo cuncti representantur pulcerrimi atque auidissimi speculantur, nullo signo locutionis indiguisse uidentur. Et si obiciatur de hiis qui corruerunt spiritibus,

20 hinc *CT* 22 spacium *CT* 23—4 harum quorum d- *(C)T* 24 tñ *CT* 26 sint *(C)T*

2 2 et *om. CT* 4 fuit *CT* 6—7 abhorret si et enim prospic- *CT* 9 paudendas *(C)T* 11 infabilem *B* 13 pulcerimi *BCT* 15 corruerī *CT*

6 *cf. e. g. Arist. Pol. 1, 2, 10, 1253 a 10.*

dupliciter responderi potest. Primo, quod cum de hiis que necessaria sunt ad bene esse tractamus, eos preterire debemus, cum diuinam curam peruersi expectare noluerunt. Secundo et melius, quod ipsi demones ad manifestandam inter se perfidiam suam non indigent, nisi ut sciat quilibet de quolibet quia est et quantus est; quod quidem sciunt; cognouerunt enim se inuicem ante ruinam suam. Inferioribus quoque animalibus, cum solo nature instinctu ducantur, de locutione non oportuit prouideri. Nam omnibus eiusdem speciei sunt iidem actus et passiones; et sic possunt per proprios alienos cognoscere. Inter ea uero que diuersarum sunt specierum, non solum non necessaria fuit locutio, sed prorsus dampnosa fuisset, cum nullum amicabile commertium fuisset in illis. Et si obiciatur de serpente loquente ad primam mulierem, uel de asina Balaam, quod locuti sint, ad hoc respondemus, quod angelus in illa et diabolus in illo taliter operati sunt, quod ipsa animalia mouerunt organa sua, sic ut uox inde resultauit distincta tanquam uera locutio; non quod aliud esset asine illud quam rudere, nec quam sibilare serpenti. Si uero contra argumentetur quis de eo, quod Ouidius dicit in quinto Metamorfoseos de picis loquentibus, dicimus quod hoc figurate dicit, aliud intelligens. Et si dicatur, quod pice adhuc et alie aues locuntur, dicimus quod falsum est; quia talis actus locutio non est, sed quedam imitatio soni nostre uocis; uel quod nituntur imitari nos in quantum sonamus, sed non

---

16 his *CT*   17 tractemus *B*   18—9 uoluerunt ut secundo *CT*
20 sciant *CT edd*   25 ī idem *CT*   31 sint. ad hoc. Resp- *CT*
35 uidere (*C*)*T*   neque quam serpenti sibillare *B*   q̃ *B*, c̄c *C*, c̄e *T*
41 uel quod *om. B*

29—30 *cf. Gen. 3, 1—5.*   30 *cf. Num. 22, 28—30.*
36 *Metam. 5, 294—9, 677—8.*

in 'quantum loquimur. Vnde si expresse dicenti 'pica' resonaret etiam 'pica', non esset hoc nisi representatio uel imitatio soni illius qui prius dixisset. Et sic patet soli homini datum fuisse loqui. Sed quare necessarium sibi foret, breuiter pertractare conemur.

3 CVm igitur homo non nature instinctu, sed ratione moueatur, et ipsa ratio uel circa discretionem uel circa iudicium uel circa electionem diuersificetur in singulis, adeo ut fere quilibet sua propria specie uideatur gaudere, per proprios actus uel passiones, ut brutum animal, neminem alium intelligere opinamur; nec per spiritualem speculationem, ut angelum, alterum alterum introire contingit, cum grossitie atque opacitate mortalis corporis humanus spiritus sit obtentus. Oportuit ergo genus humanum ad comunicandum inter se conceptiones suas aliquod rationale signum et sensuale habere; quia, cum de ratione accipere habeat et in rationem portare, rationale esse oportuit; cumque de una ratione in aliam nichil deferri possit nisi per medium sensuale, sensuale esse oportuit: quare, si tantum rationale esset, pertransire non posset; si tantum sensuale, nec a ratione accipere nec in rationem deponere potuisset. Hoc equidem signum est ipsum subiectum nobile de quo loquimur: nam sensuale quid est, in quantum sonus est, rationale uero, in quantum aliquid significare uidetur ad placitum.

4 SOli homini datum fuit ut loqueretur, ut ex premissis manifestum est. Nunc quoque inuestigandum esse existimo, cui hominum primum locutio data sit, et quid

---

43 hic *B* 44 mutatio *C*(*T*)

3 5 niminem *CT* 8—9 obtectus*B* 9 coĩcandas *B* 10 contemptiones *CT* 11 eum de (*B*), eundem *CT* 13 nichil defferi *CT*, nisi deferri *B*

primitus locutus fuerit, et ad quem, et ubi, et quando, nec non et sub quo ydiomate primiloquium emanauit. Secundum quidem quod in principio legitur Genesis, ubi de primordio mundi sacratissima scriptura pertractat, mulierem inuenitur ante omnes fuisse locutam, scilicet presumptuosissimam Euam, cum diabolo sciscitanti respondit: 'De fructu lignorum que sunt in paradiso uescimur; de fructu uero ligni quod est in medio paradisi, precepit nobis deus ne comederemus nec tangeremus, ne forte moriamur'. Sed quanquam mulier in scriptis prius inueniatur locuta, rationabilius tamen est ut hominem prius locutum fuisse credamus; et inconuenienter putatur tam egregium humani generis actum non prius a uiro quam a femina profluxisse. Rationabiliter ergo credimus ipsi Ade prius datum fuisse loqui ab eo qui statim ipsum plasmauerat. Quod autem prius uox primi loquentis sonauerit, uiro sane mentis in promptu esse non titubo, ipsum fuisse quod deus est, scilicet *El*, uel per modum interrogationis, uel per modum responsionis. Absurdum atque rationi uidetur orrificum ante deum ab homine quicquam nominatum fuisse, cum ab ipso et in ipsum factus fuisset homo. Nam sicut post preuaricationem humani generis quilibet exordium sue locutionis incipit ab 'heu', rationabile est quod ante qui fuit inciperet a gaudio; et cum nullum gaudium sit extra deum, sed totum in deo, et ipse deus totus sit gaudium, consequens est quod primus loquens primo et ante omnia dixisset 'deus'. Oritur et

---

4 6 principio ·Geñ· loquitur ubi *B*   9—10 De—uescimur *om. T, in marg. add. C*   12 nec] ne *B*   13—4 rationabile *CT*   16 non *B*, ut *CT*   profluisse *BCT*   17 rationaliter *CT*   adeo *C*, ad eo *T*   18 ipsum *om. T, inter lineas add. C*   22 orrificium *CT*, orifitium *B*   24 ṗuar- *CT*   25 incepit *B*, incipit *CT*   27 cum *B*, quod *CT*

9—12 *Gen. 3, 2—3.*

hinc ista questio, cum dicimus superius per uiam responsionis hominem primum fuisse locutum: si responsio, fuit ad deum? Nam si ad deum fuit, iam uideretur quod deus locutus extitisset; quod contra superius prelibata uidetur insurgere. Ad quod quidem dicimus, quod bene potuit respondisse deo interrogante, nec propter hoc deus locutus est ipsam quam dicimus locutionem. Quis enim dubitat, quicquid est ad dei nutum esse flexibile? quo quidem facta, quo conseruata, quo etiam gubernata sunt omnia. Igitur cum ad tantas alterationes moueatur aer imperio nature inferioris, que ministra et factura dei est, ut tonitrua personet, ignem fulgoret, aquam gemat, spargat niuem, grandines lancinet, nonne imperio dei mouebitur ad quedam sonare uerba, ipso distinguente qui maiora distinxit? Quid ni? Quare ad hoc et ad quedam alia hec sufficere credimus.

5 OPinantes autem non sine ratione tam ex superioribus quam inferioribus sumpta, ad ipsum deum primitus primum hominem direxisse locutionem, rationabiliter dicimus ipsum loquentem primum, mox postquam afflatus est ab animante uirtute, incunctanter fuisse locutum. Nam in homine sentiri humanius credimus quam sentire, dummodo sentiatur et sentiat tanquam homo. Si ergo faber ille atque perfectionis principium et amator afflando primum nostrum omni perfectione compleuit, rationabile nobis apparet nobilissimum animal non ante sentire quam sentiri cepisse. Si quis uero fatetur contra obiciens, quod non oportebat illum loqui, cum solus adhuc homo existeret, et deus omnia

---

30 hic *CT* 31 locutum fuisse *B* 35 ipsa *B* 36 qui sem̄ (*C*)*T* 40—1 personeat ignem fulgoreat *CT*

5 1 Opinates (*CT*) 2 deum *BC*, dominum (*C*)*T* 4 loquente *CT* 6 sentiri *BC*, sentin (*C*), sentim *T*

sine uerbis archana nostra discernat etiam ante quam nos, cum illa reuerentia dicimus qua uti oportet, cum de eterna uoluntate aliquid iudicamus, quod licet deus sciret, imo presciret, quod idem est quantum ad deum, absque locutione conceptum primi loquentis, uoluit tamen et ipsum loqui, ut in explicatione tante dotis gloriaretur ipse qui gratis dotauerat. Et ideo diuinitus in nobis esse credendum est, quod actu nostrorum affectuum ordinato letamur; et hinc penitus elicere possumus locum illum ubi effutita est prima locutio; quoniam, si extra paradisum afflatus est homo, extra, si uero intra, intra fuisse locum prime locutionis conuincimus.

QVoniam permultis ac diuersis ydiomatibus negotium 6
exercitatur humanum, ita quod multi multis non aliter intelligantur per uerba quam sine uerbis, de ydiomate illo uenari nos decet, quo uir sine matre, uir sine lacte, qui nec pupillarem etatem nec uidit adultam, creditur usus. In hoc, sicut etiam in multis aliis, Petramala ciuitas amplissima est, et patria maiori parti filiorum Adam. Nam quicunque tam obscene rationis est, ut locum sue nationis delitiosissimum credat esse sub sole, hic etiam pre cunctis proprium uulgare licetur, idest maternam locutionem, et per consequens credit ipsum fuisse illud quod fuit Ade. Nos autem, cui mundus est patria uelut piscibus equor,

---

14 de *om. CT* 17 et *om. B* 20 quod in actu *B* effectuum *BCT, corr. Trissino* letamini *(C)T* 21 eligere *CT* 23—4 locutio conuicimus *CT*

6 3 intelligatur per uerba *CT*, intelligatur uerbis *B* 5 neque pupilarem *CT* 7 filiorum. Adam nam *CT* 10 ideʒ *CT* materna *B*

---

12 *cf. Ovidii Fast. 1, 493* Omne solum forti patria est velut piscibus aequor.

quanquam Sarnum biberimus ante dentes et Florentiam adeo diligamus, ut quia dileximus, exilium patiamur iniuste, rationi magis quam sensui spatulas nostri iudicii podiamus. Et quamuis ad uoluptatem nostram siue nostre sensualitatis quietem in terris amenior locus quam Florentia non existat, reuoluentes et poetarum et aliorum scriptorum uolumina, quibus mundus uniuersaliter et membratim describitur, ratiocinantesque in nobis situationes uarias mundi locorum et eorum habitudinem ad utrunque polum et circulum equatorem, multas esse perpendimus firmiterque censemus et magis nobiles et magis delitiosas et regiones et urbes quam Tusciam et Florentiam, unde sumus oriundus et ciuis, et plerasque nationes et gentes delectabiliori atque utiliori sermone uti quam Latinos. Redeuntes igitur ad propositum dicimus certam formam locutionis a deo cum anima prima concreatam fuisse; dico autem formam, et quantum ad rerum uocabula et quantum ad uocabulorum constructionem et quantum ad constructionis prolationem; qua quidem forma omnis lingua loquentium uteretur, nisi culpa presumptionis humane dissipata fuisset, ut inferius ostendetur. Hac forma locutionis locutus est Adam; hac forma locutionis locuti sunt omnes posteri eius usque ad edificationem turris Babel, que turris confusionis interpretatur; hanc formam lo-

13 qq̃ *CT* 15 ratione *CT* 17 terrenis *B* amemor *CT* flor̄ *B*, . f . *CT* exitat *CT* 24 tusiam *CT* flor̄. *BCT* 28 cum creatam *CT* 29—30 et — constructionem *om.* *T* 31 n' *B*, in *C*, ī *T* 35 habel *CT* interpetratur (*C*)*TR* hac *BCT* forma *B*

4—6 *cf. Augustinum de civ. dei 16, 11.* 35 *cf. Gen. 11, 9 et Ugutionis Pisani derivationes* Babel interpretatur confusio, unde Babilon uel Babilonia, ubi olim homines turrem edificantes dispersi sunt inmissa diuinitus confusione linguarum (*cod. Monac. lat. 14056 f. 10r, Vindobon. 2339 f. 9r*).

cutionis hereditati sunt filii Heber, qui ab eo dicti sunt Hebrei. Hiis solis post confusionem remansit, ut redemptor noster, qui ex illis oriturus erat secundum humanitatem, non lingua confusionis, sed gratie frueretur. Fuit ergo hebraicum ydioma illud quod primi loquentis labia fabricarunt.

7 DIspudet, heu, nunc humani generis ignominiam renouare. Sed quia preterire non possumus quin transeamus per illam, quanquam rubor ad ora consurgat animusque refugiat, percurremus. O semper natura nostra prona peccatis, o ab initio et nunquam desinens nequitatrix. Num fuerat satis ad tui corruptionem, quod per primam preuaricationem eliminata delitiarum exulabas a patria? Num satis, quod per uniuersalem familie tue luxuriem et trucitatem, unica reseruata domo, quicquid tui iuris erat cataclismo perierat, et que commiseras tu, animalia celi terreque iam luerant? Quippe satis extiterat. Sed sicut prouerbialiter dici solet, 'Non ante tertium equitabis', misera miserum uenire maluisti ad equum. Ecce, lector, quod uel oblitus homo uel uilipendens disciplinas priores et auertens oculos a uibicibus que remanserant, tertio insurrexit ad uerbera per superbam stultitiam presumendo. Presumpsit ergo in corde suo incurabilis homo sub persuasione gigantis, arte sua non solum superare naturam, sed etiam

40 loquentis loquentis (*C*)(*T*)

7 1 ī ignominiam *CT* 3 ad *B*, in *CT* 6 actui corup- *C*, atui corrump- *T*, ad tui correp- *Boehmer Rajna* 7 eluminata *CTR* 7—8 Num satis *bis TR* 8—9 trucitantem *CT* 10 que *om BCT*, *corr. Trissino* celique *CT* 16 superbiam *BCT* 17—8 gigãtis. n. arte *B* 18 suiperare *C*, surp- *T*

36 *cf. Ugutionem* Heber fuit pronepos Sem . . . ex ipso orti sunt Hebrei et dicti ab Heber. 16 *sqq. cf. Gen. 11, 1—9.* 17 gigas *i. e. Nembrot*; *cf. August. de civ. dei 16, 4.*

ipsum naturantem, qui deus est, et cepit edificare turrim in Sennaar, que postea dicta est Babel, hoc est confusio, per quam celum sperabat ascendere, intendens inscius non equare, sed suum superare factorem. O sine mensura clementia celestis imperii. Quis patrum tot sustineret insultus a filio? Sed exsurgens non hostili scutica, sed paterna et alias uerberibus assueta, rebellantem filium pia correctione necnon memorabili castigauit. Siquidem pene totum humanum genus ad opus iniquitatis coierat; pars imperabant, pars architectabantur, pars muros moliebantur, pars amussibus regulabant, pars trullis linebant, pars scindere rupes, pars mari, pars terra uehere intendebant, partesque diuerse diuersis aliis operibus indulgebant, cum celitus tanta confusione percussi sunt, ut qui omnes una eademque loquela deseruiebant ad opus, ab opere multis diuersificati loquelis desinerent et nunquam ad idem commertium conuenirent. Solis etenim in uno conuenientibus actu eadem loquela remansit: puta cunctis architectoribus una, cunctis saxa uoluentibus una, cunctis ea parantibus una, et sic de singulis operantibus accidit. Quotquot autem exercitii uarietates tendebant ad opus, tot tot ydiomatibus tunc genus humanum disiungitur; et quanto excellentius exercebant, tanto rudius nunc barbariusque locuntur. Quibus autem sacratum ydioma remansit, nec aderant, nec exercitium commendabant; sed grauiter detestantes stoliditatem operantium deridebant. Sed hec minima pars quantum ad numerum fuit de semine Sem, sicut conicio, qui fuit tertius filius Noe; de qua quidem ortus

---

20 sēnar *C*, sencar *T* 24 hostil' *BCT* 26 corectionem *C*, corr- *T* 27 coierit *B* 29 amysibus *CT* tuillis *CT* 31 opibus (*C*)*T* 33 diuersificaĩ *CT* 37 uolentibus *B* 39 tot *om.* *B* 41 loquebantur *B* 42 aderant exercitium *CT* 44 seni *CT* 45 conitio *BC*, comtio *T* quidem *om.* *B*

est populus Israel, qui antiquissima locutione sunt usi usque ad suam dispersionem.

EX precedenti memorata confusione linguarum non leuiter 8
opinamur per uniuersa mundi climata climatumque plagas incolendas et angulos tunc primum homines fuisse dispersos. Et cum radix humane propaginis principalis in oris orientalibus sit plantata, nec non ab inde ad utrunque latus per diffusos multipliciter palmites nostra sit extensa propago demumque ad fines occidentales protracta, forte primitus tunc uel totius Europe flumina, uel saltim quedam, rationalia guttura potauerunt. Sed siue aduene tunc primitus aduenissent, siue ad Europam indigene repedassent, ydioma secum tripharium homines attulerunt; et afferentium hoc alii meridionalem, alii septentrionalem regionem in Europa sibi sortiti sunt; et tertii, quos nunc Grecos uocamus, partem Europe, partem Asie occuparunt. Ab uno postea eodemque ydiomate in uindice confusione recepto diuersa uulgaria traxerunt originem, sicut inferius ostendemus. Nam totum quod ab hostiis Danubii siue Meotidis paludibus usque ad fines occidentales Anglie Ytalorum Francorumque finibus et occeano limitatur, solum unum obtinuit ydioma, licet postea per Sclauones, Vngaros, Teutonicos, Saxones, Anglicos, et alias nationes quamplures fuerit per diuersa uulgaria deriuatum, hoc solo fere omnibus in signum eiusdem principii remanente, quod quasi predicti omnes *io* affirmando respondent. Ab isto incipiens ydiomate, uidelicet a finibus Vngarorum

---

8 1 precedent' *CT*, -ter *Boehmer R* 7 que *om. B* fore *CT* 8 euripe *CT* saltem *CT edd* 9 guctura *BC* portauerunt *B* auene *CT* 10 indigne repedissent *CT* 13—4 partim europie artim *CT*, p artim Europe, partim *R* 15 inundice *C*, imun- *T* 17 hostis *CT* siue *B*, si ē *C*, siē*T* 18 ytalorum que fran- *CT* 20 teotunicos *C*, teotuincos *T* 22 diriuatum *BT*

uersus orientem, aliud occupauit totum, quod ab inde uocatur Europa, nec non ulterius est protractum. Totum uero quod in Europa restat ab istis, tertium tenuit ydioma, licet nunc tripharium uideatur. Nam alii *oc*, alii *oïl*, alii *sì* affirmando locuntur, ut puta Yspani, Franci et Latini. Signum autem quod ab uno eodemque ydiomate istorum trium gentium progrediantur uulgaria, in promptu est, quia multa per eadem uocabula nominare uidentur, ut d e u m, c e l u m, a m o r e m, m a r e, t e r r a m, e s t, u i u i t, m o r i t u r, a m a t, alia fere omnia. Istorum uero proferentes *oc* meridionalis Europe tenent partem occidentalem, a Ianuensium finibus incipientes. Qui autem *sì* dicunt a predictis finibus orientalem tenent, uidelicet usque ad promuntorium illud Ytalie, qua sinus adriatici maris incipit, et Siciliam. Sed loquentes *oïl* quodammodo septentrionales sunt respectu istorum; nam ab oriente Alamannos habent et ab occidente et septentrione anglico mari uallati sunt, et montibus Aragonie terminati; a meridie quoque Prouincialibus et Apennini deuexione clauduntur.

9 NOs autem nunc oportet quam habemus rationem periclitari, cum inquirere intendamus de hiis in quibus nullius auctoritate fulcimur, hoc est de unius eiusdemque a principio ydiomatis uariatione secuta. Et quia per notiora itinera salubrius breuiusque transitur, per illud tantum quod

26 uero *B*, aut *CT* 29 yspanij *CT* 30 istarum *R* 33 niuit *CT* 34 uero *T*, nō *BC* 36 dn̄t *B* ap̄ dcis *T*, apd' dctīs *C* 40 et a septentrione ab occidente *CT* 41 aglico *CT*, angallico *B* eterminati (*C*)*T* 42 apenini *BCT*

9 4 Et *om. CT* 5 illud *B*, i^d^ *C*, istud *TR*

42—3 *cf. Lucani Phars. 2, 394—438; 428—9* [Appenninus]
Longior educto qua surgit in aera dorso,
Gallica rura videt devexasque excipit Alpis.

nobis est ydioma pergamus, alia desinentes. Nam quod in uno est rationale, uidetur in aliis esse causa. Est igitur super quod gradimur ydioma tractando tripharium, ut superius dictum est; nam alii *oc*, alii *sì*, alii uero dicunt *oïl*. Et quod unum fuerit a principio confusionis (quod prius probandum est) apparet, quia conuenimus in uocabulis multis, uelut eloquentes doctores ostendunt. Que quidem conuenientia ipsi confusioni repugnat, que ruit celitus in edificatione Babel. Trilingues ergo doctores in multis conueniunt, et maxime in hoc uocabulo quod est amor. Gerardus de Brunel: *Sim sentis fezelz amics, per uer encusera amor.* Rex Nauarre: *De fin amor si uient sen et bonté.* Dominus Guido Guinizelli: *Nè fe amor prima che gentil core, nè gentil cor prima che amor natura.* Quare autem triptharie principalius uariatum sit, inuestigemus, et quare quelibet istarum uariationum in se ipsa uarietur, puta dextre Ytalie locutio ab ea que est sinistre; nam aliter Paduani, et aliter Pisani locuntur; et quare uicinius habitantes adhuc discrepant in loquendo, ut Mediolanenses et Veronenses, Romani et Florentini, nec non conuenientes in eodem nomine gentis, ut Neapolitani et Caetani, Rauennates et Fauentini; et quod mirabilius est, sub eadem ciuitate morantes, ut Bo-

---

7 rationali *R* 13 celitus *B*, delict' *CT* 16 surisentis fez lz *CT* annes *B*, aunes *C*, armes *T* puer. *CT* 17 bente *BCT* 18 guinezeli *T* fa *CT* 19 cor *om. BCT* 21 uariatur *B* 25 nomine *CT*, genere *B* 27 ciuilitate *B*

---

16 *Cantio Gerardi legitur in editione Adolphi Kolsen 'Sämtliche Lieder des Trobadors Giraut de Bornelh' I (Halle 1907—1910) n. 27 p. 148—154.* 17 *Carmen regis Navarrae ediderunt Tarbé, Chansons de Thibaut IV (Reims 1851) n. 12 p. 18—20 ex codice Parisino gall. 7613, et Rochat, Eberts Jahrbuch für roman. und engl. Literatur X 1869 p. 83—85 ex codice Bernensi 231.* 18—9 *Sunt versus tertius et quartus cantionis 'Al cor gentil' memoratae infra II 5 (p. 49).*

nonienses Burgi sancti Felicis et Bononienses Strate Maioris. Hee omnes differentie atque sermonum uarietates quid accidant, una eademque ratione patebit. Dicimus ergo quod nullus effectus superat suam causam, in quantum effectus est, quia nichil potest efficere quod non est. Cum igitur omnis nostra loquela (preter illam homini primo concreatam a deo) sit a nostro beneplacito reparata post confusionem illam, que nil aliud fuit quam prioris obliuio, et homo sit instabilissimum atque uariabilissimum animal, nec durabilis nec continua esse potest, sed sicut alia que nostra sunt, puta mores et habitus, per locorum temporumque distantias uariari oportet. Nec dubitandum reor modo in eo quod diximus 'temporum', sed potius opinamur tenendum; nam si alia nostra opera perscrutemur, multo magis discrepare uidemur a uetustissimis conciuibus nostris quam a coetaneis perlonginquis. Quapropter audacter testamur, quod si uetustissimi Papienses nunc resurgerent, sermone uario uel diuerso cum modernis Papiensibus loquerentur; nec aliter mirum uideatur quod dicimus, quam percipere iuuenem exoletum quem exolescere non uidemus. Nam que paulatim mouentur, minime perpenduntur a nobis; et quanto longiora tempora uariatio rei ad perpendi requirit, tanto rem illam stabiliorem putamus. Non etenim admiramur, si extimationes hominum qui parum distant a brutis, putant eandem ciuitatem sub inuariabili semper ciuicasse sermone, cum sermonis uariatio ciuitatis eiusdem non sine longissima temporum successione paulatim contingat, et

---

29 sermones *B* 30 accidunt *T*, -dent *C* 32 nil *B* 35 fuit aliud *CT* abliuio (*C*), a obl-*T* 39 reo *B* 41 perscruptemur *CT* 43 a coatenis *B*, acco-*CT* 47 uideremus *CT* 48—9 et quam l- *CT* 50 admiremur *TR* 52 eadem *CT* unirabili *C*, imir-*T* 53 eius *B* 54 paulatim *om.* *B*

hominum uita sit etiam ipsa sua natura breuissima. Si ergo per eandem gentem sermo uariatur, ut dictum est, successiue per tempora, nec stare ullo modo potest, necesse est ut disiunctim abmotimque morantibus uarie uarietur, ceu uarie uariantur mores et habitus, qui nec natura nec consortio confirmantur, sed humanis beneplacitis localique congruitate nascuntur. Hinc moti sunt inuentores gramatice facultatis; que quidem gramatica nichil aliud est quam quedam inalterabilis locutionis idemptitas diuersis temporibus atque locis. Hec cum de comuni consensu multarum gentium fuerit regulata, nulli singulari arbitrio uidetur obnoxia, et per consequens nec uariabilis esse potest. Adinuenerunt ergo illam, ne propter uariationem sermonis arbitrio singularium fluitantis, uel nullo modo uel saltim imperfecte antiquorum attingeremus auctoritates et gesta, siue illorum quos a nobis locorum diuersitas facit esse diuersos.

10

TRiphario nunc existente nostro ydiomate, ut superius dictum est, in comparatione sui ipsius, secundum quod trisonum factum est, cum tanta timiditate cunctamur librantes, quod hanc uel istam uel illam partem in comparando preponere non audemus, nisi eo quo gramatice positores inueniuntur accepisse *sic* aduerbium affirmandi; quod quandam anterioritatem erogare uidetur Ytalis, qui *sì* dicunt. Quelibet enim partium largo testimonio se tuetur. Allegat ergo pro se lingua *oïl*, quod propter sui faciliorem ac delectabiliorem uulgaritatem quicquid redactum siue inuentum est ad uulgare prosaicum, suum est: uidelicet biblia cum

---

60 firmantur sed huma *CT* 64 h' *CT*, ħ (= hoc) *B* 68 saltem *CT*

10 1 exeunte *CT* 6 sic] si *BCT*, *corr. Trissino* aduerbium *bis CT* 8 enim *CT*, ergo *B* 10/1 redactum est siue inuentum ad uulgarem *B* 11 prosaycum *BT*

Troianorum Romanorumque gestibus compilata et Arturi regis ambages pulcerrime et quam plures alie ystorie ac doctrine. Pro se uero argumentatur alia, scilicet *oc*, quod uulgares eloquentes in ea primitus poetati sunt, tanquam in perfectiori dulciorique loquela, ut puta Petrus de Aluernia et alii antiquiores doctores. Tertia quoque, que Latinorum est, se duobus priuilegiis attestatur preesse: primo quidem quod qui dulcius subtiliusque poetati uulgariter sunt, hii familiares et domestici sui sunt: puta Cinus Pistoriensis et amicus eius; secundo quia magis uidetur inniti gramatice que comunis est; quod rationabiliter inspicientibus uidetur grauissimum argumentum. Nos uero iudicium relinquentes in hoc et tractatum nostrum ad uulgare latium retrahentes, et receptas in se uariationes dicere nec non illas inuicem comparare conemur. Dicimus ergo primo Latium bipartitum esse in dextrum et sinistrum. Si quis autem querat de linea diuidente, breuiter respondemus esse iugum Apennini, quod ceu fistule culmen hinc inde ad diuersa stillicidia grundat, aquas ad alterna hinc inde litora per imbricia longa distillat, ut Lucanus in secundo describit. Dextrum quidem latus tyrenum mare grundatorium habet; leuum uero in adriaticum cadit. Et dextri regiones sunt Apulia, sed non tota, Roma, Ducatus, Tuscia et ianuensis marchia. Sinistri autem pars Apulie, marchia anconitana, Romandiola, Lombardia, marchia triuisiana cum Venetiis. Forum

---

14 argumentantur *CT* 17 que *om.BCT*, *corr.R* 20 Cynus *B*, cui' *CT* 21 magis uidentur initi *CT*, mag̃ initi *B* 24 latinum *CT* 28 apenini *B*, -muni *C*, -nium *T* 29 fictile *Vitelli R* diuersas *B* 30 grundant *CT* ymbricia *B*, umbriria *CT* 31 distillant *CT* 32 quidem] quoque *BCT*, *corr.R* 35 Marchia anchon- *B*, marca ancon- *CT*

21 amicus eius *i. e. Dantes.* 31 *Phars. 2, 396—438.*

Iulii uero et Ystria non nisi leue Ytalie esse possunt; nec insule tyreni maris, uidelicet Sicilia et Sardinia, non nisi dextre Ytalie sunt, uel ad dextram Ytaliam sociande. In utroque quidem duorum laterum, et hiis que secuntur ad ea, lingue hominum uariantur, ut lingua Siculorum cum Apulis, Apulorum cum Romanis, Romanorum cum Spoletanis, horum cum Tuscis, Tuscorum cum Ianuensibus, Ianuensium cum Sardis, nec non Calabrorum cum Anconitanis, horum cum Romandiolis, Romandiolorum cum Lombardis, Lombardorum cum Triuisianis et Venetis, horum cum Aquilegiensibus, et istorum cum Ystrianis; de quo Latinorum neminem nobiscum dissentire putamus. Quare ad minus .XIIII. uulgaribus sola uidetur Ytalia uariari. Que adhuc omnia uulgaria in sese uariantur, ut puta in Tuscia Senenses et Aretini, in Lombardia Ferrarenses et Placentini. Nec non in eadem ciuitate aliqualem uariationem perpendimus, ut superius in capitulo inmediato posuimus. Quapropter si primas et secundarias et subsecundarias uulgaris Ytalie uariationes calculare uelimus, in hoc minimo mundi angulo non solum ad millenam loquele uariationem uenire contigerit, sed etiam ad magis ultra.

QVam multis uarietatibus latio dissonante uulgari, decentiorem atque illustrem Ytalie uenemur loquelam; et ut nostre uenationi peruium callem habere possimus, perplexos frutices atque sentes prius eiciamus de silua. Sicut ergo Romani se cunctis preponendos extimant, in hac eradicatione **11**

37 pōt *BCT* 38 insula tyreni *B*, ynsule tureni *CT* uid; *C*. uidet *T* sandrinia *CT* 44 anchonitaneis *CT* 46 uenetijs et harum *CT* 47 Istrianis *CT* 49 uide *B* 51 lombardina feranenses *CT* 52 aliquale *CT* 55 uelimus et in *B* 57 uenires tingerit *CT*

11 2 ueneremur *BCT*, *corr. Corbinelli* 3 puū *CT* 5 existimant *B*

siue discerptione non inmerito eos aliis preponamus, protestantes eosdem in nulla uulgaris eloquentie ratione fore tangendos. Dicimus igitur Romanorum non uulgare, sed potius tristiloquium ytalorum uulgarium omnium esse turpissimum; nec mirum, cum etiam morum habituumque deformitate pre cunctis uideantur fetere; dicunt enim: *Messure, quinto dici?* Post hos incolas anconitane marchie decerpamus, qui *Chignamente state siate* locuntur; cum quibus et Spoletanos abicimus. Nec pretereundum est quod in improperium istarum trium gentium cantiones quam plures inuente sunt; inter quas unam uidimus recte atque perfecte ligatam, quam quidam Florentinus nomine Castra poiuerat: incipiebat etenim: *Vna fermana scopai da Casciòli, cita cita sen gia 'n grande aina.* Post quos Mediolanenses atque Pergameos eorumque finitimos eruncemus, in quorum etiam improperium quendam cecinisse recolimus: *Enter l'ora del uesper, ciò fu del mes d'occhiouer.* Post hos Aquilegienses et Ystrianos cribremus, qui *Ces fas tu?* crudeliter accentuando eructuant. Cumque hiis montaninas omnes et rusticanas loquelas eicimus, que semper mediastinis ciuibus accentus enormitate dissonare uidentur, ut Casentinenses et Frattenses.

---

11 mezzure *CT De Gregorio* 13 scate *BCT*, *corr. Parodi,* sciate *D'Ovidio* sciate *TRajna,* sctate *D'Ovidio* 14—5 quod ī properium *BT* 17 posuerat *BCT*, composuerat *edd* 18 ferinaua *BCT* cascoli *BCT* 20 finiti mos *CT* 21 enti *CT* 22 dochiouer *CT* 23 cribemus *B*, -cremus *C*, -ereunus *T* Cesfastu *CT* 24 montanias *B* 25 eincimus *C*, euicimus *T* mediastimis *B* attentus *CT* 26 fractenses *B*, fratensses *C*, -tenses *T*

18 *Cantio Iacobi Castrae in codice Vaticano 3793 'Messer Osmano' inscripta legitur in editione Alexandri D'Ancona et Comparetti, Le rime antiche volgari secondo la lezione del codice Vaticano 3793 I (1875) p. 485—8 et Ernesti Monaci, Crestomazia italiana dei primi secoli (1912) p. 493—4.*

Sardos etiam, qui non Latii sunt, sed Latiis associandi uidentur, eiciamus, quoniam soli sine proprio uulgari esse uidentur, gramaticam tanquam simie homines imitantes; nam *domus noua* et *dominus meus* locuntur.

12 EXaceratis quodammodo uulgaribus ytalis, inter ea que remanserunt in cribro comparationem facientes, honorabilius atque honorificentius breuiter seligamus. Et primo de siciliano examinemus ingenium; nam uidetur sicilianum uulgare sibi famam pre aliis asciscere, eo quod quicquid poetantur Ytali sicilianum uocatur, et eo quod perplures doctores indigenas inuenimus grauiter cecinisse, puta in cantionibus illis: *Anchor che l'aigua per lo focho lassi* et *Amor*, *che lungiamente m'ài menato.* Sed hec fama trinacrie terre, si recte signum ad quod tendit inspiciamus, uidetur tantum in opprobrium ytalorum principum remansisse, qui non heroico more, sed plebeio secuntur superbiam. Siquidem illustres heroes Federicus cesar et bene genitus eius Manfredus, nobilitatem ac rectitudinem sue forme pandentes, donec fortuna permisit, humana secuti sunt, brutalia dedignantes; propter quod corde nobiles atque gratiarum dotati inherere tantorum principum maiestati conati sunt, ita quod eorum tempore quicquid excellentes animi Latinorum enitebantur, primitus in tantorum coronatorum aula prodi-

27 latus (*C*)*T* 30 et dominus meus *CT*, et domus nouus *B*
12 1 Exacceratis quodam modo *CT* 3 se ligamus *CT* 4 sciciliano *BC* 8 foco *B* 9 che che *CT* may *B* 11 obprobrium *BC* 12 mõ *B* plebeo *CT edd* 13 fredericus *B* 15 permansit *CT* 18 quod *CT*, ut *B* excelletes latinorum nitebantur *CT*

8—9 *Sunt cantiones Guidonis de Columpnis quae leguntur in Ernesti Monaci 'Crestomazia italiana dei primi secoli'* (*Roma 1888 — Città di Castello 1912*) *p. 218—223.*

bat; et quia regale solium erat Sicilia, factum est, ut quicquid nostri predecessores uulgariter protulerunt, sicilianum uocetur: quod quidem retinemus et nos, nec posteri nostri permutare ualebunt. Racha, racha. Quid nunc personat tuba nouissimi Federici, quid tintinabulum secundi Karoli? quid cornua Iohannis et Azzonis marchionum potentum? quid aliorum magnatum tibie? nisi: Venite, carnifices; uenite, altriplices; uenite, auaritie sectatores. Sed prestat ad propositum repedare quam frustra loqui; et dicimus quod, si uulgare sicilianum accipere uolumus, secundum quod prodit a terrigenis mediocribus, ex ore quorum iudicium eliciendum uidetur, prelationis honore minime dignum est, quia non sine quodam tempore profertur, ut puta ibi: *Tragemi d' este focora, se t' este a bolontate.* Si autem ipsum accipere uolumus, secundum quod ab ore primorum Siculorum emanat, ut in preallegatis cantionibus perpendi potest, nichil differt ab illo quod laudabilissimum est, sicut inferius ostendemus. Apuli quoque uel a sui acerbitate uel finitimorum suorum contiguitate, qui Romani et Marchiani sunt, turpiter barbarizant; dicunt enim: *Volzera che chian-*

---

20 ut *om. CT* 21 predicessores *(C)T* 22 vocaretur *R* 23 ualebunt *om. B* 24 frederici *B*, federigi *T* 28 repadare *CT* 31 honore *om. CT* 33 boluntate *TR* 37 ostendimus *CT* a *om. B*

---

23 *cf. Matth. 5, 22.*

33 *Est tertius versus carminis 'Rosa fresca aulentissima' Cieli dal Camo, quod ex unico codice Vaticano 3793 in tabulis 8—11 Archivi palaeographici italiani (vol. I, Roma 1882—97) depingendum curavit E. Monaci, ediderunt praeter alios idem, Crestomazia p. 106—9, A. D'Ancona, Studj sulla letteratura italiana de' primi secoli (Ancona 1884) p. 412—458, P. Savj-Lopez & M. Bartoli, Altitalienische Chrestomathie (Straßburg 1903) p. 152—6, F. D'Ovidio, Versificazione italiana e arte poetica medioevale (Milano 1910) p. 668—714.*

gesse lo quatraro. Sed quamuis terrigene Apuli loquantur obscene comuniter, prefulgentes eorum quidam polite locuti sunt, uocabula curialiora in suis cantionibus compilantes, ut manifeste apparet eorum dicta perspicientibus, ut puta *Madonna dire ui uolglio*, et *Per fino amore uo sì letamente.* Quapropter superiora notantibus innotescere debet neque siculum nec apulum esse illud quod in Ytalia pulcerrimum est uulgare, cum eloquentes indigenas ostenderimus a proprio diuertisse.

13 POst hec ueniamus ad Tuscos, qui, propter amentiam suam infroniti, titulum sibi uulgaris illustris arrogare uidentur; et in hoc non solum plebeia dementat intentio, sed famosos quam plures uiros hoc tenuisse comperimus; puta Guittonem Aretinum, qui nunquam se ad curiale uulgare direxit, Bonagiuntam Lucensem, Gallum Pisanum, Minum Mocatum Senensem, Brunettum Florentinum: quorum dicta si rimari uacauerit, non curialia, sed municipalia tantum inuenientur. Et quoniam Tusci pre aliis in hac ebrietate baccantur, dignum utileque uidetur municipalia uulgaria Tuscanorum singillatim in aliquo depompare. Locuntur Florentini et dicunt: *Manichiamo introque, che*

---

44 uoglio *CR*

13 1 h' *BCT*, hoc *R* 3 plebea *BR*, plebeat *CT* intentione *B* 5 curialem *CT* 6 Bonagiunta *B* 7 Brunectum *B*, brunetum *C* 9 inuenietur *C(T)* 11 sigillatim *B*, singulatim *CT* 12 Manchiamo *B*, Manichiano *Cittadini Parodi* che *om.CT*

---

44 *Carmen 'Madonna dire' Iacobi de Lentinis nomini addictum ediderunt Monaci, Crestomazia p. 51—53, Carducci, Antica lirica italiana (Firenze 1907) c. 30—31.*

Carmen 'Per fino amore' a Dante in libri 2. capite 5. et in codicibus nomini Renaldi de Aquino addictum editum est ab E. Monaci, Crestomazia p. 85—87.

noi non facciano atro. Pisani: *Bene andonno li fatti de Fiorensa per Pisa.* Lucenses: *Fo uoto a dio, ke in gassarra cie lo comuno de Lucca.* Senenses: *Onche renegata auesse io Siena. Ch' ce chesto?* Aretini: *Vo' tu uenire ouelle?* De Perusio, Vrbe Veteri, Viterbio, nec non de Ciuitate Castellana, propter affinitatem quam cum Romanis et Spoletanis habent, nichil tractare intendimus. Sed quanquam fere omnes Tusci in suo turpiloquio sint obtusi, nonnullos uulgaris excellentiam cognouisse sentimus, scilicet Guidonem, Lapum et unum alium, Florentinos, et Cinum Pistoriensem, quem nunc indigne postponimus, non indigne coacti. Itaque si tuscanas examinemus loquelas et pensemus, qualiter uiri prehonorati a propria diuerterunt, non restat in dubio quin aliud sit uulgare quod querimus, quam quod attingit populus Tuscanorum. Si quis autem quod de Tuscis asserimus, de Ianuensibus asserendum non putet, hoc solum in mente premat, quod si per obliuionem Ianuenses amitterent *z* litteram, uel mutire totaliter eos, uel nouam reparare oporteret loquelam; est enim *z* maxima pars eorum locutionis; que quidem littera non sine multa rigiditate profertur.

14 TRanseuntes nunc humeros Apennini frondiferos, leuam Ytaliam contanter uenemur, ceu solemus orientaliter ineuntes. Romandiolam igitur ingredientes, dicimus nos

---

13 facciamo *BT*. faciamo *C*, *corr. Cittadini* altro *BCT* facti *B*, fanti *CT* 14 fiorenza *CT* che *Cedd* ingrassarra *B*, ĩgassara *C* 15 luca *B* ou che *B* 16 auessio *B* vuotu *B* 18—9 habent cum romanis et spoletanis *B* 20 tuscij *CT* 22 lupum *BCT* 24 ꝯ pensemus *B*, ꝯpen- *CT* 28 asserend' *C*, -de *T* 30 mutire] mictere *B*, mittere *CT* 32 multa *om*. *B* rigitate *BCT*

14 1 apenini *B*, app- *C* flondiferos *CT* 2 ꝯtatĩ uenemur *B*, contanti ueneremur *CT*

duo in Latio inuenisse uulgaria, quibusdam conuenientiis contrariis alternata. Quorum unum in tantum muliebre uidetur propter uocabulorum et prolationis mollitiem, quod uirum, etiam si uiriliter sonet, feminam tamen facit esse credendum. Hoc Romandiolos omnes habet, et presertim Forliuenses, quorum ciuitas, licet nouissima sit, meditullium tamen esse uidetur totius prouincie. Hii *deuscì* affirmando locuntur, et *oclo meo* et *corada mea* proferunt blandientes. Horum aliquos a proprio poetando diuertisse audiuimus, Thomam uidelicet et Vgolinum Bucciolam Fauentinos. Est et aliud, sicut dictum est, adeo uocabulis accentibusque yrsutum et yspidum, quod propter sui rudem asperitatem mulierem loquentem non solum disterminat, sed esse uirum dubitare docet. Hoc omnes qui *magara* dicunt, Brixianos uidelicet, Veronenses et Vigentinos habet, nec non Paduanos, turpiter sincopantes omnia in *-tus* participia et denominatiua in *-tas*, ut *mercò* et *bontè*. Cum quibus et Triuisianos adducimus, qui more Brixianorum et finitimorum suorum *u* consonantem per *f* apocopando proferunt: puta *nof* pro *nouem* et *uif* pro *uiuo*; quod quidem barbarissimum reprobamus. Veneti quoque nec sese inuestigati uulgaris honore dignantur; et si quis eorum errore confossus uanitaret in hoc, recordetur, si unquam dixit: *Per le plaghe di dio tu non uerras.* Inter quos omnes unum audiuimus nitentem diuertere a materno et ad curiale uulgare intendere, uidelicet

---

4 conuenietus *C*, -nientibus *T* 5 contrarius *C*, -rus *T* 6 mollitine *T*, inulli- *C* 7 femina *CT* 8 mandiolos omnes hn̄t *CT* 9 forliuienses *B* nouissa *CT* meditulium *CT* 15 usutum *CT* 17 docet *om. CT*, doctor *B*, facit *edd* mara *B*, mãra *CT*, *corr. Corbinelli* brixines *CT* 19 omnes *B* intus *CT* denominataʒ (*C*)*T* 23 et *om. CT* uino *B* 25 confessus *CT* 26 plage de *CT* 27 ueras *C edd* uidimus *CT*

Ildebrandinum Paduanum. Quare, omnibus presentis capituli ad iudicium comparentibus, arbitramur nec romandiolum nec suum oppositum, ut dictum est, nec uenetianum esse illud quod querimus uulgare illustre.

15 Illud autem quod de ytala silua residet, percontari conemur expedientes. Dicimus ergo quod forte non male opinantur qui Bononienses asserunt pulcriori locutione loquentes, cum ab Ymolensibus, Ferrarensibus et Mutinensibus circunstantibus aliquid proprio uulgari asciscunt; sicut facere quoslibet a finitimis suis conicimus, ut Sordellus de Mantua sua ostendit, Cremone, Brixie atque Verone confini: qui, tantus eloquentie uir existens, non solum in poetando, sed quomodocunque loquendo patrium uulgare deseruit. Accipiunt enim prefati ciues ab Ymolensibus lenitatem atque mollitiem, a Ferrarensibus uero et Mutinensibus aliqualem garrulitatem, que proprie Lombardorum est. Hanc ex commixtione aduenarum Longobardorum terrigenis credimus remansisse. Et hec est causa quare Ferrarensium, Mutinensium uel Regianorum nullum inuenimus poetasse. Nam proprie garrulitati assuefacti nullo modo possunt ad uulgare aulicum sine quadam acerbitate uenire. Quod multo magis de Parmensibus est putandum, qui *monto* pro *multo* dicunt. Si ergo Bononienses utrinque accipiunt, ut dictum est, rationabile uidetur esse quod eorum locutio per

---

29 Ild' brandinum *C*, Illud br-*T* 32 alustre *CT*

15 1 ytalia *BT*, italia *C* 5 adsciscunt *CTedd* 6 ꝯuicinuus *CT* 9 quōcūqꝫ *B*, quomodōeꝫ *C*, quomodo eēꝫ *T* 10 enim *B*, etiam *CT*, etenim *R* 11 mollitiem *B*, motine *C*, motiris *T* 13 comistione *C*, comisione *T* logobardorum *CT*

---

29 Ildebrandinus *est Aldobrandinus de Mezzabatis Patavinus, qui anno 1291 fuit capitaneus populi Florentiae; cf. Michaelis Barbi 'Due noterelle dantesche' (Firenze 1898. Per le nozze Rostagno-Cavazza).*

commixtionem oppositorum, ut dictum est, ad laudabilem suauitatem remaneat temperata. Quod procul dubio nostro iudicio sic esse censemus. Itaque si preponentes eos in uulgari sermone sola municipalia Latinorum uulgaria comparando considerant, allubescentes concordamus cum illis; si uero simpliciter uulgare bononiense preferendum extimant, dissentientes discordamus ab eis. Non etenim est quod aulicum et illustre uocamus; quoniam si fuisset, maximus Guido Guinizelli, Guido Ghisilerius, Fabrutius et Honestus et alii poetantes Bononie nunquam a proprio diuertissent: qui doctores fuerunt illustres et uulgarium discretione repleti. Maximus Guido: *Madonna, lo fino amor ch'io ui porto;* Guido Ghisilerius: *Donna, lo fermo core;* Fabrutius: *Lo meo lontano gire;* Honestus: *Più non attendo il tuo soccorso, Amore.* Que quidem uerba prorsus a mediastinis Bononie sunt diuersa. Cumque de residuis in extremis Ytalie ciuitatibus neminem dubitare pendamus (et si quis dubitat, illum nulla nostra solutione dignamur), parum restat in nostra discussione dicendum. Quare cribellum cupientes deponere, ut residentiam cito uisamus, dicimus Tridentum atque Taurinum nec non Alexandriam ciuitates metis Ytalie in tantum sedere propinquas, quod puras nequeunt habere loquelas; in tantum quod, si etiam quod turpissimum habent uulgare, haberent pulcerrimum, propter

21 9mistionem oppositori *CT* ut dictum est *om. R* 23 ita *C*, taꝫ *T* 26 existimant *B* 30 ṗmo *CT* 32—3 lo fino—Donna *om. CT* fino lamor ano ui pereito *B* 33 Fabritius *C*, -cius *T* 34 no *B* 35 secorso *CTR* quid *B* 36 residinis *C*, -duus *T* 43 in tantum *B*, ita *CT* si etiam quod *om. CT*

32 *Cantio Guidonis Guinizelli edita ab Casini, Le rime dei poeti bolognesi del secolo XIII, 1881, n. 6 p. 18—21.*

33—5 *Cantiones Ghisilerii, Fabrutii, Honesti in codicibus non traditae.*

aliorum commixtionem esse uere latium negaremus; quare si latium illustre uenamur, quod uenamur in illis inueniri non potest.

16 Postquam uenati saltus et pascua sumus Ytalie, nec pantheram quam sequimur adinuenimus, ut ipsam reperire possimus, rationabilius inuestigemus de illa, ut solerti studio redolentem ubique et necubi apparentem nostris penitus irretiamus tenticulis. Resumentes igitur uenabula nostra, dicimus quod in omni genere rerum unum esse oportet, quo generis illius omnia comparentur et ponderentur, et a quo omnium aliorum mensuram accipiamus, sicut in numero cuncta mensurantur uno, et plura uel pauciora dicuntur secundum quod distant ab uno uel ei propinquant, et sicut in coloribus omnes albo mensurantur; nam uisibiles magis dicuntur et minus, secundum quod accedunt uel recedunt ab albo. Et quemadmodum de hiis dicimus que quantitatem et qualitatem ostendunt, de predicamentorum quolibet, etiam de substantia posse dici putamus, scilicet ut unumquodque mensurabile sit, secundum quod in genere est, illo quod simplicissimum est in ipso genere. Quapropter in actionibus nostris, quantumcunque diuidantur in species, hoc signum inueniri oportet, quo et ipse mensurentur. Nam in quantum simpliciter ut homines agimus, uirtutem habemus, ut generaliter illam intelligamus; nam secundum ipsam bonum et malum hominem iudicamus; in quantum ut homines ciues agimus, habemus legem, secundum quam dicitur ciuis bonus

45 comistionem esse uere latinum *CT*

16 4 et ubi *BCT*, *corr. R* 6 oportet esse *CT* 7—8 pondereretur et illico aliorum omnium *CT* 10 sic *CT* 12 et minus dicuntur *B* 12 accidunt *CT* 13 ab albo *om. CT* 15 ut *om. CT*

1—2 *De translatione* panthera *cf. E. Boehmer in* '*Damaris*' (*Stettin 1865*) *p. 294.*

et malus; in quantum ut homines latini agimus, quedam habemus simplicissima signa et morum et habituum et locutionis, quibus latine actiones ponderantur et mensurantur. Que quidem nobilissima sunt earum que Latinorum sunt actiones, hec nullius ciuitatis Ytalie propria sunt, et in omnibus comunia sunt. Inter que nunc potest illud discerni uulgare quod superius uenabamur, quod in qualibet redolet ciuitate, nec cubat in ulla. Potest tamen magis in una quam in alia redolere, sicut simplicissima substantiarum, que deus est, in homine magis redolet quam in bruto, in animali quam in planta, in hac quam in minera, in hac quam in elemento, in igne quam in terra. Et simplicissima quantitas, quod est unum, in impari numero redolet magis quam in pari, et simplicissimus color, qui albus est, magis in citrino quam in uiride redolet. Itaque adepti quod querebamus, dicimus illustre, cardinale, aulicum et curiale uulgare in Latio, quod omnis latie ciuitatis est et nullius esse uidetur, et quo municipalia uulgaria omnia Latinorum mensurantur et ponderantur et comparantur.

QVare autem hoc quod repertum est illustre, cardinale, aulicum et curiale adicientes uocemus, **17** nunc disponendum est; per quod clarius ipsum quod ipsum est faciamus patere. Primum igitur quid intendimus cum illustre adicimus, et quare illustre dicimus, denudemus. Per hoc quidem quod illustre dicimus, intelligimus quid illuminans et illuminatum prefulgens. Et hoc modo uiros

---

29 illud *om. CT* 30 uenebamur *CT* 31 nȝ *BCT* cubit *B* 33—4 bruto animali *B*, bruto animali, in bruto animali *Sauter* 39 cardinare *CT* 40 illatio *CT* 41 municipia *CT* 42 mensurantur pondantur *CT*

17 2 aducientes *CT* 4 facimus *CTR* 5 addicimus *CT* 6 quidem] quoque *BCT*, *corr. R* 7 perfulgens *CTR Sauter*

appellamus illustres, uel quia potestate illuminati alios et iustitia et caritate illuminant, uel quia excellenter magistrati excellenter magistrent, ut Seneca et Numa Pompilius. Et uulgare de quo loquimur, et sublimatum est magistratu et potestate, et suos honore sublimat et gloria. Magistratu quidem sublimatum uidetur, cum de tot rudibus Latinorum uocabulis, de tot perplexis constructionibus, de tot defectiuis prolationibus, de tot rusticanis accentibus, tam egregium, tam extricatum, tam perfectum et tam urbanum uideamus electum, ut Cinus Pistoriensis et amicus eius ostendunt in cantionibus suis. Quod autem exaltatum sit potestate, uidetur. Et quid maioris potestatis est quam quod humana corda uersare potest, ita ut nolentem uolentem et uolentem nolentem faciat, uelut ipsum et fecit et facit? Quod autem honore sublimet, in promptu est. Nonne domestici sui reges, marchiones, comites et magnates quoslibet fama uincunt? Minime hoc probatione indiget. Quantum uero suos familiares gloriosos efficiat, nos ipsi nouimus, qui huius dulcedine glorie nostrum exilium postergamus. Quare ipsum i l l u s t r e merito profiteri debemus.

18 NEque sine ratione ipsum uulgare illustre decusamus adiectione secunda, uidelicet ut id c a r d i n a l e uocemus. Nam sicut totum hostium cardinem sequitur, ut, quo cardo uertitur, uersetur et ipsum, seu introrsum seu extrorsum flectatur, sic et uniuersus municipalium grex uulgarium uertitur et reuertitur, mouetur et pausat secundum quod istud, quod quidem uere pater familias esse uidetur. Nonne

---

10 popilius *B* 18 sit exaltatum *CT* 19 quam] quod *CT* 23 marchiones et comites *CT* uincuntur *CT* 27 pfitieri *C*, pficieri *T*

18 1 illustrem *CT* 2 uocetur *B* 5 uulgarium grex *CT*

cotidie extirpat sentosos frutices de ytala silua? nonne cotidie uel plantas inserit uel plantaria plantat? Quid aliud agricole sui satagunt, nisi ut amoueant et admoueant, ut dictum est? Quare prorsus tanto decusari uocabulo promeretur. Quia uero aulicum nominamus, illud causa est quod, si aulam nos Ytali haberemus, palatinum foret. Nam si aula totius regni comunis est domus et omnium regni partium gubernatrix augusta, quicquid tale est ut omnibus sit comune nec proprium ulli, conueniens est ut in ea conuersetur et habitet; nec aliquod aliud habitaculum tanto dignum est habitante. Hoc nempe uidetur esse id de quo loquimur uulgare; et hinc est quod in regiis omnibus conuersantes semper illustri uulgari locuntur. Hinc etiam est quod nostrum illustre uelut acola peregrinatur et in humilibus hospitatur asilis, cum aula uacemus. Est etiam merito curiale dicendum, quia curialitas nil aliud est quam librata regula eorum que peragenda sunt; et quia statera huiusmodi librationis tantum in excellentissimis curiis esse solet, hinc est quod quicquid in actibus nostris bene libratum est, curiale dicatur. Vnde cum istud in excellentissima Ytalorum curia sit libratum, dici curiale meretur. Sed dicere quod in excellentissima Ytalorum curia sit libratum, uidetur nugatio, cum curia careamus. Ad quod facile respondetur. Nam licet curia, secundum quod unita accipitur, ut curia regis Alamanie, in Ytalia non sit, membra tamen eius non desunt; et sicut membra illius uno principe uniuntur, sic membra huius gratioso lumine rationis unita sunt. Quare falsum esset dicere curia carere Ytalos, quan-

---

8 exstupa *C*, et stirpa *T* fructices *CT* ytalia *BCT*
10 amoueant et admoneant *B*, admoueant et admoueant *CT*
18 nepe *CT* 22 ausillis *B* 28 uidetur *B* 31 unica *CT*

quam principe careamus, quoniam curiam habemus, licet corporaliter sit dispersa.

19 HOc autem uulgare, quod illustre, cardinale, aulicum et curiale ostensum est, dicimus esse illud quod uulgare latium appellatur. Nam sicut quoddam uulgare est inuenire quod proprium est Cremone, sic quoddam est inuenire quod proprium est Lombardie; et sicut est inuenire aliquod quod sit proprium Lombardie, est inuenire aliquod quod sit totius sinistre Ytalie proprium; et sicut omnia hec est inuenire, sic et illud quod totius Ytalie est. Et sicut illud cremonense, ac illud lombardum, et tertium semilatium dicitur, sic istud quod totius Ytalie est, latium uulgare uocatur. Hoc enim usi sunt doctores illustres qui lingua uulgari poetati sunt in Ytalia, ut Siculi, Apuli, Tusci, Romandioli, Lombardi et utriusque Marchie uiri. Et quia intentio nostra, ut polliciti sumus in principio huius operis, est doctrinam de uulgari eloquentia tradere, ab ipso tanquam ab excellentissimo incipientes, quos putamus ipso dignos uti, et propter quid, et quomodo, nec non ubi, et quando, et ad quos ipsum dirigendum sit, in inmediatis libris tractabimus. Quibus illuminatis inferiora uulgaria illuminare curabimus, gradatim descendentes ad illud quod unius solius familie proprium est.

---

37 dispersa sit *B*

19 1—2 aulicum est et *CT* 3 latiñ *C* 4 sicut *B* 5 primum *CT* sicut] sic *C* 5—6 et—Lombardie *om. T* 6 sit] si *C* 7 proprium *om. B* 8 Et *om. B* 10 latinum *CT* 17 ubi quando *CT* 18 sit in | mediatis *B* 20 descendentem *CT*

INCIPIT SECVNDVS LIBER.

SOlicitantes iterum celebritatem ingenii nostri et ad calamum frugi operis redeuntes, ante omnia confitemur latium uulgare illustre tam prosaice quam metrice decere proferri. Sed quia ipsum prosaicantes ab uientibus magis accipiunt, et quia quod auietum est prosaicantibus permanere uidetur exemplar, et non e conuerso, que quendam uidentur prebere primatum, primo secundum quod metricum est ipsum carminemus, ordine pertractantes illo quem in fine primi libri polluximus. Queramus igitur prius, utrum omnes uersificantes uulgariter debeant illud uti; et superficietenus uidetur quod sic, quia omnis qui uersificatur suos uersus exornare debet in quantum potest; quare cum nullum sit tam grandis exornationis quam uulgare illustre, uidetur quod quisque uersificator debeat ipsum uti. Preterea quod optimum est in genere suo, si suis inferioribus misceatur, non solum nil derogare uidetur eis, sed ea meliorare uidetur. Quare si quis uersificator, quanquam rude uersificetur, ipsum sue ruditati admisceat, non solum bene facit, sed ipsum sic facere oportere uidetur. Multo magis opus est adiutorio illis qui pauca, quam qui multa possunt. Et sic apparet quod omnibus uersificantibus liceat ipsum uti. Sed hoc falsissimum est; quia nec semper excellentissime poetantes debent illud induere, sicut per inferius pertractata perpendi

---

Inscriptio libri in C tantum. 1 celeritatem *FraticelliR* et *om.CT* 3 latinum *CT edd* deceri *CT* 4 prosaycantes *BT* inuentibus *CT* 5 auictum *CT* per mare *CT* 6 uidetur] .$\overset{u}{\text{v}}$. *B*, .$\overset{n}{\text{v}}$. *C*, .$\overset{u}{\text{V}}$. *T* qui *Sauter* quedam *CT* 9 omnes *om. CT* 14 quisquis *B*, quisquam *CT* 15 suo *om.B* 18 facit *lacuna relicta om. CT*

poterit. Exigit ergo istud sibi consimiles uiros, quemadmodum alii nostri mores et habitus; exigit enim magnificentia magna potentes, purpura uiros nobiles: sic et hoc excellentes ingenio et scientia querit et alios aspernatur, ut per inferiora patebit. Nam quicquid nobis conuenit, uel gratia generis, uel speciei, uel indiuidui conuenit, ut sentire, ridere, militare. Sed nobis non conuenit hoc gratia generis, quia etiam brutis conueniret; nec gratia speciei, quia cunctis hominibus esset conueniens, de quo nulla questio est; nemo enim montaninis rusticana tractantibus hoc dicet esse conueniens; conuenit ergo indiuidui gratia. Sed nichil indiuiduo conuenit nisi per proprias dignitates, puta mercari, militare ac regere; quare si conuenientia respiciunt dignitates, hoc est dignos, et quidam digni, quidam digniores, quidam dignissimi esse possunt, manifestum est quod bona dignis, meliora dignioribus, optima dignissimis conuenient. Et cum loquela non aliter sit necessarium instrumentum nostre conceptionis quam equus militis, et optimis militibus optimi conueniant equi, ut dictum est, optimis conceptionibus optima loquela conueniet. Sed optime conceptiones non possunt esse nisi ubi scientia et ingenium est; ergo optima loquela non conuenit nisi illis in quibus ingenium et scientia est. Et sic non omnibus uersificantibus optima loquela conuenit, cum plerique sine scientia et ingenio uersificentur, et per consequens nec optimum uulgare. Quapropter si non omnibus competit, non

---

30 Sed hoc non conuenit nobis *B* 33 *post* montaninis *CT* *ex versibus 44—45 addunt verba* Sed optime — conuenit 33—5 rusticana — indiuiduo conuenit *om. T* 36 mercari et militare *CT* 38 possint. Manifestum *B* 39 et optima *CT* 45—6 nisi in illis *CT* 47 conuenit cum *corr. ex* non conuenit nisi in cum *CT*, conueniet. Cum *B* 49 optimus *C*, optim' *T* ꝯpetit. nō *B*, conuenit non *T*, conuenit ut *C*

omnes ipsum debent uti, quia inconuenienter agere nullus debet. Et ubi dicitur, quod quilibet suos uersus exornare debet in quantum potest, uerum esse testamur; sed nec bouem epiphiatum nec balteatum suem dicemus ornatum, imo potius deturpatum ridemus illum; est enim exornatio alicuius conuenientis additio. Ad illud ubi dicitur, quod superiora inferioribus admixta profectum adducunt, dicimus uerum esse quando cesset discretio: puta si aurum cum argento conflemus; sed si discretio remanet, inferiora uilescunt: puta cum formose mulieres deformibus admiscentur. Vnde cum sententia uersificantium semper uerbis discretiue mixta remaneat, si non fuerit optima, optimo sociata uulgari non melior sed deterior apparebit, quemadmodum turpis mulier si auro uel serico uestiatur.

Postquam non omnes uersificantes, sed tantum excellentissimos illustre uti uulgare debere astruximus, consequens est astruere, utrum omnia ipso tractanda sint aut non; et si non omnia, que ipso digna sunt segregatim ostendere. Circa quod primo reperiendum est id quod intelligimus per illud quod dicimus dignum. Et dicimus dignum esse quod dignitatem habet, sicut nobile quod nobilitatem; et si cognito habituante habituatum cognoscitur in quantum huiusmodi, cognita dignitate cognoscemus et dignum. Est enim dignitas meritorum effectus siue terminus: ut cum quis bene meruit, ad boni dignitatem profectum esse dicimus, cum male uero, ad mali; puta bene militantem ad uictorie dignitatem, bene autem regentem 2

---

50 d'ꝗ *B* 53 epiphyarum *C*, -phytum *T* balterotum *B* 54 ymo pocius *CT* 58 si *om. B* 59 formosas *B*, formas *CT* 60 descritiue *CT*

2 4 omnia *om. B* 5 Circa]esse *CT* 6—7 Et dicimus dignum *om. CT* 9 huiusmodi] huius ubi *BCT* 10 Esset eīt *B*, esset enim *CT* 12 pfectum *CT* uero *om. B*

ad regni, nec non mendacem ad ruboris dignitatem, et latronem ad eam que est mortis. Sed cum in bene merentibus fiant comparationes, et in aliis etiam, ut quidam bene, quidam melius, quidam optime, quidam male, quidam peius, quidam pessime mereantur, et huiusmodi comparationes non fiant nisi per respectum ad terminum meritorum, quem dignitatem dicimus, ut dictum est, manifestum est ut dignitates inter se comparentur secundum magis et minus, ut quedam magne, quedam maiores, quedam maxime sint; et per consequens aliquid dignum, aliquid dignius, aliquid dignissimum esse constat. Et cum comparatio dignitatum non fiat circa idem obiectum, sed circa diuersa, ut dignius dicamus quod maioribus, dignissimum quod maximis dignum est, quia nichil eodem dignius esse potest, manifestum est quod optima optimis secundum rerum exigentiam digna sint. Vnde cum hoc quod dicimus illustre sit optimum aliorum uulgarium, consequens est ut sola optima digna sint ipso tractari, que quidem tractandorum dignissima nuncupamus. Nunc autem que sint ipsa uenemur. Ad quorum euidentiam sciendum est, quod sicut homo tripliciter spirituatus est, spiritu uidelicet uegetabili, animali et rationali, triplex iter perambulat. Nam secundum quod uegetabile quid est, utile querit, in quo cum plantis comunicat; secundum quod animale, delectabile, in quo cum brutis: secundum quod rationale, honestum querit, in quo solus est, uel angelis sociatur. Per hec tria quicquid agimus, agere uidemur; et quia in quolibet istorum quedam sunt

---

26 dicamus qui maioribus dignissimum qui maximis *BCT* 34 spiritu *om. BCT*, *corr. Witte* 36 uetegabile *B* 39 angelice *BCT*, *corr. Traube*, angelice nature *cdd* pp hec *B*

maiora, quedam maxima, secundum quod talia, que maxima sunt maxime pertractanda uidentur, et per consequens maximo uulgari. Sed disserendum est, que maxima sint; et primo in eo quod est utile; in quo, si callide consideremus intentum omnium querentium utilitatem, nil aliud quam salutem inueniemus. Secundo in eo quod est delectabile: in quo dicimus illud esse maxime delectabile, quod per pretiosissimum obiectum appetitus delectat; hoc autem uenus est. Tertio in eo quod est honestum: in quo nemo dubitat esse uirtutem. Quare hec tria, salus uidelicet, uenus et uirtus, apparent esse illa magnalia que sint maxime pertractanda, hoc est ea que maxime sunt ad ista, ut armorum probitas, amoris accensio, et directio uoluntatis. Circa que sola, si bene recolimus, illustres uiros inuenimus uulgariter poetasse, scilicet Bertramum de Bornio arma, Arnaldum Danielem amorem, Gerardum de Bornello rectitudinem, Cinum Pistoriensem amorem, amicum eius rectitudinem. Bertramus etenim ait: *Non posc mudar c'un cantar non exparja.* Arnaldus: *L'aura amara fal bruol brancuz clarzir.* Gerardus: *Per solaz reueilar che s'es trop*

---

41 quedam maxime *C*, quedam max̄ *T* 44 calide *CT* 52 que maxima sunt *R* 54 bene reperimus recolimus *B* 58 pose *BT*, posse *C* nuldat *BCT* 59 cãtã *CT* 60 Brancum *BCT* clãçir *B*, damir *C*, clanur *T* reueillar *CR* che ses *B*, ches *C*, ches p *T*

---

58 *Carmen Bertrami de Bornio editum ab A. Stimming, 'Bertran de Born' (Halle 1879) p. 183—4, et 'Bertran von Born' (Romanische Bibliothek VIII) (Halle 1892) n. 19, p. 98—9.* 59 *Carmen Arnaldi Danielis ediderunt U. A. Canello, La vita e le opere di Arnaldo Daniello (Halle 1883) p. 105—8, C. Appel, Provenzalische Chrestomathie*[2] *(Leipzig 1902) p. 66.* 60 *Sirventes Gerardi legitur in editione A. Kolsen, Sämtliche Lieder des Trobadors Giraut de Bornelh I (Halle 1910) n. 65 p. 412—420, et in libro V. Crescini, Manualetto provenzale*[2] *(1905) p. 245—250.*

endormitz. Cinus: *Digno sono eo de morte.* Amicus eius: *Doglia mi reca nello core ardire.* Arma uero nullum Latium adhuc inuenio poetasse. Hiis proinde uisis, que canenda sint uulgari altissimo innotescunt.

3 NVnc autem quomodo ea coartare debemus, que tanto sunt digna uulgari, solicite inuestigare conemur. Volentes igitur modum tradere quo ligari hec digna existant, primo dicimus esse ad memoriam reducendum, quod uulgariter poetantes sua poemata multimode protulerunt, quidam per cantiones, quidam per ballatas, quidam per sonitus, quidam per alios illegitimos et irregulares modos, ut inferius ostendetur. Horum autem modorum cantionum modum excellentissimum esse pensamus; quare si excellentissima excellentissimis digna sunt, ut superius est probatum, illa que excellentissimo sunt digna uulgari, modo excellentissimo digna sunt, et per consequens in cantionibus pertractanda. Quod autem modus cantionum sit talis ut dictum est, pluribus potest rationibus indagari. Prima quidem quia, cum quicquid uersificamur sit cantio, sole cantiones hoc uocabulum sibi sortite sunt; quod nunquam sine uetusta prouisione processit. Adhuc quicquid per se ipsum efficit

---

61 eudormiz *B*, eudoriniz *C*, eudornuz *T* 62 Dolglia mireca ne lo *B* latium *B*, lectinʒ *C*, leccium *T*

3 1 quoque modo *CT* cartare *B*, quo artare *T* 2 sollicite *BCT* uestigare *CT edd* 4 primum *CT edd* 7 illegiptimos *CTR* 9 putamus *B* 11 excellentissima *B* 14 indaguri *CT* 16 uocabulo *B* quia *B* uenusta *B*, uestuta *CT*

---

61 *Cantionem Cini edd. S. Ciampi, Poesie di Messer Cino da Pistoia (Pistoia 1826) p. 46—7, Monaci, Propugnatore X 1 (1877) p. 307—8, M. Pelaez, Rime antiche italiane . . = Collezione di opere inedite o rare vol. 42 (Bologna 1895) p. 257.* 62 *Dantis cantio edita e. g. a Serafini, Il canzoniere di D. A. (Firenze 1883) p. 143—8, A. Santi, Il canzoniere di D. A. II (Roma 1907) p. 467—479, E. Moore, Opere di D. A.*[3] *p. 158—9.*

illud ad quod factum est, nobilius esse uidetur quam quod extrinseco indiget: sed cantiones per se totum quod debent efficiunt, quod ballate non faciunt; indigent enim plausoribus, ad quos edite sunt; ergo cantiones nobiliores ballatis esse sequitur extimandas, et per consequens nobilissimum aliorum esse modum illarum, cum nemo dubitet quin ballate sonitus nobilitate modi excellant. Preterea illa uidentur nobiliora esse que conditori suo magis honoris afferunt: sed cantiones magis afferunt conditoribus suis quam ballate; igitur nobiliores sunt, et per consequens modus earum nobilissimus aliorum. Preterea que nobilissima sunt carissime conseruantur: sed inter ea que cantata sunt cantiones carissime conseruantur, ut constat uisitantibus libros; ergo cantiones nobilissime sunt, et per consequens modus earum nobilissimus est. Ad hoc in artificiatis illud est nobilissimum quod totam comprehendit artem: cum igitur ea que cantantur artificiata existant, et in solis cantionibus ars tota comprehendatur, cantiones nobilissime sunt, et sic modus earum nobilissimus aliorum. Quod autem tota comprehendatur in cantionibus ars cantandi poetice, in hoc palatur, quod quicquid artis reperitur in omnibus aliis, et in cantionibus reperitur; sed non conuertitur hoc. Signum autem horum que dicimus promptum in conspectu habetur; nam quicquid de cacuminibus illustrium capitum poetantium profluxit ad labia, in solis cantionibus inuenitur. Quare ad propositum patet quod ea que digna sunt uulgari altissimo, in cantionibus tractanda sunt.

---

19 cantones *CT* 26 deferunt cond- suis *B*, diff- suis cond- *CT* 28 eorum *B* 32 ħ *B*, h' *CT* 33 comprendit *CT edd* 35 cantones *CT* 38 artius *CT* 38—9 reperitur—cantionibus *om. CT* 41 illustrum *CT* 42 portantium *C*(*T*) profuxit *C*, perf- *T*

4 QVando quidem aporiauimus extricantes qui sint aulico digni uulgari et que, nec non modum quem tanto dignamur honore ut solus altissimo uulgari conueniat, antequam migremus ad alia, modum cantionum, quem casu magis quam arte multi usurpare uidentur, enucleemus; et qui hucusque casualiter est assumptus, illius artis ergasterium reseremus, modum ballatarum et sonituum omittentes, quia illum elucidare intendimus in quarto huius operis, cum de mediocri uulgari tractabimus. Reuisentes igitur ea que dicta sunt, recolimus nos eos qui uulgariter uersificantur plerunque uocasse poetas; quod procul dubio rationabiliter eructare presumpsimus, quia prorsus poete sunt, si poesim recte consideremus, que nichil aliud est quam fictio rethorica musicaque poita. Differunt tamen a magnis poetis, hoc est regularibus, quia magni sermone et arte regulari poetati sunt, hii uero casu, ut dictum est. Idcirco accidit ut, quantum illos proximius imitemur, tantum rectius poetemur. Vnde nos doctrine operi intendentes, doctrinatas eorum poetrias emulari oportet. Ante omnia ergo dicimus unumquenque debere materie pondus propriis humeris coequare, ne forte humerorum nimio grauata uirtute in cenum cespitare necesse sit. Hoc est quod magister noster Oratius precipit, cum in principio poetrie 'Sumite materiam' dicit. Deinde in hiis que dicenda occurrunt debemus discretione potiri, utrum tragice, siue comice, siue elegiace sint canenda.

---

4 1 apotiauimus extrīcates qui sicut *CT* 2 modus *CT* 4 migemus *B* cantonum que *CT* 5 enucleamus *BCT* 14 īusīca‖q; poīta *C*, ī usica q; posita *T*, musice composita *R* 15 magni] mag' *B*, mag̃ *C*, magis *T* 17 quanto *B* proximus immitemur *BCT* 18 impendentes doctrinas *CT* 25 cauenda *CT*

---

23 *Horatii ars poetica 38* Sumite materiam vestris, qui scribitis, aequam Viribus.

Per tragediam superiorem stilum inducimus, per comediam inferiorem, per elegiam stilum intelligimus miserorum. Si tragice canenda uidentur, tunc assumendum est uulgare illustre, et per consequens cantionem oportet ligare. Si uero comice, tunc quandoque mediocre, quandoque humile uulgare sumatur; et huius discretionem in quarto huius reseruamus ostendere. Si autem elegiace, solum humile oportet nos sumere. Sed omittamus alios, et nunc, ut conueniens est, de stilo tragico pertractemus. Stilo equidem tragico tunc uti uidemur, quando cum grauitate sententie tam superbia carminum quam constructionis elatio et excellentia uocabulorum concordat. Quando, si bene recolimus, summa summis esse digna iam fuit probatum, et iste quem tragicum appellamus summus uidetur esse stilorum, et illa que summe canenda distinximus isto solo sunt stilo canenda: uidelicet salus, amor et uirtus, et que propter ea concipimus, dum nullo accidente uilescant. Caueat ergo quilibet et discernat ea que dicimus; et quando tria hec pure cantare intendit, uel que ad ea directe ac pure secuntur, prius Elicone potatus, tensis fidibus assumptum secure plectrum tum mouere incipiat. Sed cautionem atque discretionem hanc accipere, sicut decet, hoc opus et labor est, quoniam nunquam sine strenuitate ingenii et artis assiduitate scientiarumque habitu fieri potest. Et hii sunt quos poeta Eneidorum sexto dei dilectos et ab ardente uirtute sublimatos

---

26—7 inducimus—stilum *om. T* 28 traice *CT* cauenda (*C*)*T* 29 oportet *om. BCT* 31 discretione *CT* 33 nos oportet *CT* 37 concordat uocabulorum *B* Et quando *R* 38 fuit] fuisse *BCT*, *corr. Trissino* iste qui quem *CT* 39 et *om. CT* 40 cauenda *CT* cauenda *CT* 42 nilescant *B* caueant *CT* 43 pure hec tria *B* 45 ad sup̄mum *BCT*, *corr. R* 46 cum *BCT* more *CT* cantionem *BCT* 47 accipere *om. CT*, habere *R* hic *B* 50 dilectos dei *CT*

47—51 *cf. Verg. Aen. VI 128—131*

Sed revocare gradum superasque evadere auras,

ad ethera deorumque filios uocat, quanquam figurate loquatur. Et ideo confutetur illorum stultitia, qui arte scientiaque immunes, de solo ingenio confidentes, ad summa summe canenda prorumpunt; et a tanta presumptuositate desistant, et si anseres natura uel desidia sunt, nolint astripetam aquilam imitari.

5 DE grauitate sententiarum uel satis dixisse uidemur, uel saltim totum quod operis est nostri. Quapropter ad superbiam carminum festinemus. Circa quod sciendum est quod predecessores nostri diuersis carminibus usi sunt in cantionibus suis, quod et moderni faciunt; sed nullum adhuc inuenimus in carmen sillabicando endecadem transcendisse, nec a trisillabo descendisse. Et licet trisillabo carmine atque endecasillabo et omnibus intermediis cantores latii usi sint, pentasillabum, eptasillabum et endecasillabum in usu frequentiori habentur; et post hec trisillabum ante alia. Quorum omnium endecasillabum uidetur esse superbius, tam temporis occupatione, quam capacitate sententie, constructionis et uocabulorum; quorum omnium specimen magis multiplicatur in illo, ut manifeste apparet; nam ubicunque ponderosa multiplicantur, multiplicatur et pondus. Et hoc omnes doctores perpendisse uidentur, cantiones illustres principiantes ab illo, ut Gerardus de B. *Ara ausirez*

---

51 deorum q *CT* 52 confitetur eorum *CT* 53—4 summam summe cauenda prorupunt *CT* 55 naturalis des- *CT* nolit' *CT* 56 immitari *CT*

5 2 nostre *BCT* 4 est *om. B* 4—5 usis in *BCT* 6 carmē in *C*, carmine *B* ende eadem *T*, eirdeeadem *C* 8 endecasilabo *BC* 9 pentasillabum et eptas-*B* 10 hoc *B* trisilabum *BC* 11—2 superius *T* 15 multiplicatur *om. BCT, corr. Trissino* 16 omnes hoc *CT* 17 principantes *CT*

---

hoc opus, hic labor est. Pauci quos aequus amavit
Iuppiter, aut ardens evexit ad aethera virtus,
dis geniti potuere.

encabalitz cantars. Quod carmen licet decasillabum uideatur, secundum rei ueritatem endecasillabum est; nam due consonantes extreme non sunt de sillaba precedente; et licet propriam uocalem non habeant, uirtutem sillabe non tamen amittunt. Signum autem est quod rithimus ibi una uocali perficitur, quod esse non posset nisi uirtute alterius ibi subintellecte. Rex Nauarre: *De fin amor si uient sen et bonté*, ubi, si consideretur accentus et eius causa, endecasillabum esse constabit. Guido Guinizelli: *Al cor gentile repara sempre amore.* Iudex de Columpnis de Messana: *Amor, che lungiamente m'ài menato.* Renaldus de Aquino: *Per fino amore uo sì letamente.* Cinus Pistoriensis: *Non spero che già mai per mia salute.* Amicus eius: *Amor che moui tua uirtù dal cielo.* Et licet hoc quod dictum est celeberrimum carmen, ut dignum est, uideatur omnium aliorum, si eptasillabi aliqualem societatem assumat, dummodo

---

18 cantarz *BCT* 22 āmictunt *B*, admitt- *CT* riptimus *CT* 24 nauare *BT*, -rie *C* 25 bont *B* 31 vertù *R* da *CTR*

---

17 *Cantio Gerardi de Bornello legitur in editione Kolsen n. 30. p. 166—172.* 24 *Cantio 'De fin amor' memoratur supra I 9, 17.* 26 *Cantionem G. Guinizelli ediderunt Casini, Le rime dei poeti Bolognesi (Bologna 1881) n. 5 p. 15—17, Monaci, Crestomazia p. 301—3, Savj-Lopez et Bartoli, Altitalienische Chrestomathie (Straßburg 1903) p. 73—77, Carducci, Antica lirica italiana (Firenze 1907) c. 45—6, Federzoni, Nuovi studi e diporti danteschi (Città di Castello 1913) = Collezione dantesca 3, p. 213—235.* 27—9 *Cantiones Guidonis de Columpnis et Renaldi de Aquino memoratae supra I 12, 9 et 44.* 29 *Cantio Cini edita a S. Ciampi, Vita e poesie di M. Cino da Pistoia (Pisa 1813) p. 145—6, Poesie di M. C. da P. (Pistoia 1826) p. 225—7, M. Pelaez, Rime antiche italiane (Bologna 1895) p. 255—7.*
30 *Cantio Dantis edita e. g. a Serafini, Il canzoniere di D. A. (Firenze 1883) p. 169—172, Santi, Il canzoniere di D. A. II (Roma 1907) p. 386—391, Carducci l. c. c. 65, Moore, Opere di D. A.³ p. 157.*

principatum obtineat, clarius magisque sursum superbire uidetur. Sed hoc ulterius elucidandum remaneat. Et dicimus eptasillabum sequi illud quod maximum est in celebritate. Post hoc pentasillabum et deinde trisillabum ordinamus. Neasillabum uero, quia triplicatum trisillabum uidebatur, uel nunquam in honore fuit, uel propter fastidium absoleuit. Parisillaba uero propter sui ruditatem non utimur nisi raro; retinent enim naturam suorum numerorum, qui numeris imparibus quemadmodum materia forme subsistunt. Et sic recolligentes predicta endecasillabum uidetur esse superbissimum carmen; et hoc est quod querebamus. Nunc autem restat inuestigandum de constructionibus elatis et fastigiosis uocabulis, et demum, fustibus torquibusque paratis, promissum fascem, hoc est cantionem, quomodo uiere quis debeat, instruemus.

6 QVia circa uulgare illustre nostra uersatur intentio, quod nobilissimum est aliorum, et ea que digna sunt illo cantari discreuimus, que tria nobilissima sunt, ut superius est astructum, et modum cantionarium selegimus illis, tanquam aliorum modorum summum, et ut ipsum perfectius edocere possimus, quedam iam preparauimus, stilum uidelicet atque carmen, nunc de constructione agamus. Est enim sciendum, quod constructionem uocamus regulatam compaginem dictionum, ut 'Aristotiles phylosophatus est tempore Alexandri'. Sunt enim quinque hic dictiones compacte regulariter, et unam faciunt constructionem. Circa

34 magis que *CT* superbie *CT* 36—7 sequi—pentasillabum *om. T* 40 assoleuit *B*, absoluit *CT*, obs- *R* parisillabas *BT*, pariss- *C* 41 nisi *B*, nō *CT* 42 nūs *BCT* 47 paretis *CT* cautionem *CT* 48 inere *CT*, unire *B*, *corr. R*

6 4 abstructum *BCT* se legimus *CT* 5 sumū *CT* 10 .v. hic dicēs *CT* 12 quidem hanc *CT*

hanc quidem prius considerandum est, quod constructionum alia congrua est, alia uero incongrua; et quia, si primordium bene discretionis nostre recolimus, sola suprema uenamur, nullum in nostra uenatione locum habet incongrua, quia nec inferiorem gradum bonitatis promeruit. Pudeat ergo, pudeat ydiotas tantum audere deinceps, ut ad cantiones prorumpant; quos non aliter deridemus quam cecum de coloribus distinguentem. Est ut uidetur congrua quam sectamur. Sed non minoris difficultatis accedit discretio, priusquam quam querimus attingamus, uidelicet urbanitate plenissimam. Sunt etenim gradus constructionum quamplures: uidelicet insipidus, qui est rudium, ut, 'Petrus amat multum dominam Bertam'. Est ēt pure sapidus, qui est rigidorum scolarium uel magistrorum, ut, 'Piget me cunctis pietate maiorem quicunque in exilio tabescentes patriam tantum sompniando reuisunt'. Est et sapidus et uenustus, qui est quorundam superficietenus rethoricam aurientium, ut, 'Laudabilis discretio marchionis Estensis et sua magnificentia preparata cunctis illum facit esse dilectum'. Est et sapidus et uenustus etiam et excelsus, qui est dictatorum illustrium, ut, 'Eiecta maxima parte florum de sinu tuo, Florentia, nequicquam Trinacriam Totila secundus adiuit'. Hunc gradum constructionis excellentissimum nominamus, et hic est quem querimus, cum suprema uenemur, ut dictum est. Hoc solum illustres cantiones inueniuntur

---

13 incongrua est et *CT* 14 discretionis disgressionis (disg- *del.*) *T*, disgressionis *BC* supprema *B*, supina *C*, supp'ina *T* 20 accidit *CT edd* 21 vrbanitatem *B* 24 dominam *om. B*, *inter lineas add. C* et *om. CT* 26 maiore *Parodi Toynbee Sauter* 27 sopnpando *B*, soprimando *CT* 28 superficientenus *CT* 29 extensis *B* 34 excellentissimus *CT* 35 hunc *CT*

4*

contexte: ut Gerardus, *Si per mon Sobretots non fos;* Folquetus de Marsilia, *Tan m'abellis l'amoros pensamen;* Arnaldus Danielis, *Sols sui che sai lo sobraffan chem sorz;* Namericus de Belnui, *Nuls hom non pot complir addreciamen;* Namericus de Peculiano, *Si com l'arbres che per sobre carcar;* Rex Nauarre, *Ire d'amor qui en mon cor repaire;* Guido Guinizelli, *Tegno de folle impresa a lo uer dire;* Guido Caualcantis, *Poi che de doglia corę conuen ch'io porti;*

---

37 mos sobretos *BC?*, mes sobretes *T* 38 tāmabell' lamors *CT* 39 dan. solui che *BCT* sobrafem chē *B*, sobrat fan ch' *C*, sob'f fan chen *T* 40 addreciam *C*, -tiam *T* 41—2 Namericus — carcar *in linea 48 inter* meṃoriam *et* non *BCT* 41 cōlarbres *BCT* 42 cartar *B* Rex — repaire *supra in linea 37 inter* fos *et* Folquetus *BCT* Rex na. Re damor *B*, Rex na. redamor *CT* que in *BCT* 43 empresa *BCT*, 'mpresa *R* 44 dolgia *B*, dogla *CT*

---

37 *Cantio Gerardi de Bornello legitur in editione Adolphi Kolsen n. 73 p. 462—470.* 38 *Cantionem Folqueti de Marsilia edidit V. Crescini, Manualetto provenzale*[2] *(1905) p. 252—4.* 39 *Cantionem Arnaldi Danielis ed. Canello, La vita e le opere di A. D. (1883) p. 115—6.* 40 *Cantionem Namerici de Belnui edd. C. A. F. Mahn, Gedichte der Troubadours I (Berlin 1856) n. 77 p. 46—47, Gauchat et Kehrli, Studj di filologia romanza (ed. Monaci) V (Roma 1891) p. 471.* 41 *Cantio Namerici de Peculiano ex singulis codicibus edita a F. Diez, Altromanische Sprachdenkmäler (Bonn 1846) p. 95—96, C. de Lollis, Atti d. Accademia dei Lincei Ser. 4 vol. 2 (Roma 1886) n. 12 p. 16, M. Pelaez, Studj di filol. rom. VII (Roma 1899) p. 322—3, Savj-Lopez, ibid. IX (1903) p. 534—5.* 42 *Cantio Gace Brulé poetae a Dante regi Navarrae falso addicta edita a Tarbé, Chansons de Thibaut IV, roi de Navarre (Reims 1851) p. 136—7, et a Brakelmann, Herrigs Archiv 42 (1868) p. 334.* 43 *Cantio Guidonis Guinizelli edita ab Casini, Le rime dei poeti bolognesi del secolo XIII (Bologna 1881) n. 7 p. 22—23, et Monaci, Crestomazia p. 300—1.* 44 *Ballata Guidonis Cavalcantis edita ab N. Arnone, Le rime di Guido Cavalcanti (Firenze 1881) p. 35—36, et ab E. Rivalta, Le rime di G. C. (Bologna 1902) p. 130.*

Iudex de Messana, *Anchor che l'aigua per lo focho lassi*; Cinus de Pistorio, *Auegna che io aggia più per tempo*; amicus eius, *Amor che nella mente mi ragiona.* Nec mireris, lector, de tot reductis auctoribus ad memoriam; non enim hanc quam supremam uocamus constructionem nisi per huiusmodi exempla possumus indicare. Et fortassis utilissimum foret ad illam habituandam regulatos uidisse poetas, Virgilium uidelicet, Ouidium Metamorfoseos, Statium atque Lucanum, nec non alios qui usi sunt altissimas prosas, ut Titum Liuium, Plinium, Frontinum, Paulum Orosium, et multos alios, quos amica solitudo nos uisitare inuitat. Subsistant igitur ignorantie sectatores Guittonem Aretinum et quosdam alios extollentes, nunquam in uocabulis atque constructione plebescere desuetos.

GRandiosa modo uocabula sub prelato stilo digna consistere, successiua nostre progressionis prouincia lucidari expostulat. Testamur proinde incipientes non minimum opus esse rationis discretionem uocabulorum habere, quoniam perplures eorum maneries inueniri posse uidemus. Nam uocabulorum quedam puerilia, quedam muliebria, quedam uirilia; **7**

---

45 Iudex-lassi *om. CT* 46 auegnia chio *T* 47 me *BCT* miretis *CT* 48 autoribus *CTR* 49 hanc *om. CT* 50 iudicare *CT* 53 usi] nisi *B*(*C*)*T* 54 plunum *C*, pluuum *T* 55 solicitudo *CT*, solli- *B* 56 īsusistat *CT* Guidonem *C* 58 plebebessere (*C*)

7 2 prouincia *Trissino*, p̄sentia *BC*, pn̄cia *T* 4 discretionem esse uoc- *CT* 6 muliebra *CT* quedam uirilia *om. T*

---

45 *Cantio Guidonis de Columpnis de Messana memorata supra I 12, 8 pag. 27* (*edita ab Monaci, Crestomazia p. 221—3*).

46 *Cantio Cini edita ab Canal, Atti del istituto veneto di scienze lettere ed arti, ser. 5 vol. 3* (*1877*) *p. 1137—9* (*cum commento*), *Casini l. c. n. 28 p. 59—62, Carducci Antica lirica italiana* (*Firenze 1907*) *c. 78—9.*

47 ***Dantis cantio legitur in Convivio III 1.***

et horum quedam siluestria, quedam urbana; et eorum que urbana uocamus, quedam pexa et lubrica, quedam yrsuta et reburra sentimus; inter que quidem pexa atque yrsuta sunt illa que uocamus grandiosa, lubrica uero et reburra uocamus illa que in superfluum sonant; quemadmodum in magnis operibus quedam magnanimitatis sunt opera, quedam fumi; ubi licet in superficie quidam consideretur ascensus, ex quo limitata uirtutis linea preuaricatur, bone rationi non ascensus, sed per altera decliuia ruina constabit. Intuearis ergo, lector, attente, quantum ad exaceranda egregia uerba te cribrare oportet; nam si uulgare illustre consideres, quo tragice debent uti poete uulgares, ut superius dictum est, quos informare intendimus, sola uocabula nobilissima in cribro tuo residere curabis. In quorum numero nec puerilia propter sui simplicitatem, ut *mamma* et *babbo*, *mate* et *pate*, nec muliebria propter sui mollitiem, ut *dolciada* et *placeuole*, nec siluestria propter austeritatem, ut *greggia* et *cetra*, nec urbana lubrica et reburra, ut *femina* et *corpo*, ullo modo poteris conlocare. Sola etenim pexa yrsutaque urbana tibi restare uidebis, que nobilissima sunt et membra uulgaris illustris. Et pexa uocamus illa, que trisillaba uel uicinissima trisillabitati, sine aspiratione, sine accentu acuto uel circumflexo, sine z uel x duplicibus, sine duarum liquidarum geminatione uel positione inmediate post mutam dolata quasi, loquentem cum quadam suauitate relinquunt, ut *amore*, *donna*, *disio*, *uirtute*, *donare*, *letitia*,

---

7—8 et eorum que urbana *om.* *T* 8,9 usuta *CT* 10 reburta *CT* 11 qui admod' *CT* 13 adcensus *CT* 15 adsenssus *C*, adscensus *T* 16 actente *B*, -de *T*, attende *expunxit C* 17 cribare *B* cribrate *CT* 18 tragici *B*, -gia *CT* 22 muliebra *CT* 24 gregia *CT* cetera *BCT*, *corr R* reburta *CT* 25 etenim *B*, et tenʒ *CT* 28 uicissiā *B* trisilabitati *BCT* 29 acento *B* 31 dolatam *CT* 32 vertute *R*

salute, *securitate*, *defesa*. Yrsuta quoque dicimus omnia preter hec, que uel necessaria uel ornatiua uidentur uulgaris illustris. Et necessaria quidem appellamus que campsare ,non possumus, ut quedam monosillaba, ut *sì*, *no*, *me*, *te*, *se* *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, interiectiones, et alia multa. Ornatiua uero dicimus omnia polisillaba, que mixta cum pexis pulcram faciunt armoniam compaginis, quamuis asperitatem habeant aspirationis et accentus et duplicium et liquidarum et prolixitatis, ut *terra*, *honore*, *speranza*, *grauitate*, *alleuiato*, *impossibilità*, *impossibilitate*, *benauenturatissimo*, *inanimatissimamente*, *disauenturatissimamente*, *souramagnificentissimamente*, quod endecasillabum est. Posset adhuc inueniri plurium sillabarum uocabulum siue uerbum; sed quia capacitatem omnium nostrorum carminum superexcedit, rationi presenti non uidetur obnoxium, sicut est illud *honorificabilitudinitate*, quod duodena perficitur sillaba in uulgari, et in gramatica tredena perficitur in duobus obliquis. Quomodo autem pexis yrsuta huiusmodi sint armonizanda per metra, inferius instruendum relinquimus. Et que iam dicta sunt de fastigiositate uocabulorum, ingenue discretioni sufficiant.

---

33 securtate *B* 36 uo *CT* 38 possisill'a *B*, polosil'a *CT* 39 aspitatem *CT* 40 ad aspirationis *C*, adsp- *T* 41 aleuiato *CT* 42 impossibilità *om. B*, *expunxit C*, *delevit T* 42-3 māma tissimamente *BCT* 45 uerbum *B*, uẽ. *C*, uẽ *T* 46 nostrorum omnium *CT* 48 duedena *CT* 50 aut *CT* modi *om. B* 51 que iam *B* quedam *CT* 52 sufficiat *CT*

47—8 *De voce 'honorificabilitudinitate' cf. M. Herrmann in 'Euphorion (ed. A. Sauer) I (Bamberg 1894) p. 283—293; ut probatio pennae haud raro scribebatur in codicibus, e. g. Bambergensi Q. V. 41, Erfurtensi O. 23, Plagensi 211 (f. 255ʳ), Wratislaviensi II Q. 64 (f. 27ʳ).*

8 PReparatis fustibus torquibusque ad fascem, nunc fasciandi tempus incumbit. Sed quia cuiuslibet operis cognitio precedere debet operationem, uelut signum ante admissionem sagitte uel iaculi, primo et principaliter qui sit iste fascis quem fasciare intendimus, uideamus. Fascis igitur iste, si bene comminiscimur omnia prelibata, cantio est. Quapropter quid sit cantio uideamus, et quid intelligimus, cum dicimus cantionem. Est enim cantio secundum uerum nominis significatum ipse canendi actus uel passio, sicut lectio passio uel actus legendi. Sed diuaricemus quod dictum est, utrum uidelicet hec sit cantio prout est actus, uel prout est passio. Circa hoc considerandum est quod cantio dupliciter accipi potest. Vno modo secundum quod fabricatur ab auctore suo, et sic est actio; et secundum istum modum Virgilius primo Eneidorum dicit, 'Arma uirumque cano'. Alio modo secundum quod fabricata profertur uel ab auctore, uel ab alio quicunque sit, siue cum soni modulatione proferatur, siue non; et sic est passio. Nam tunc agitur, modo uero agere uidetur in alium, et sic tunc alicuius actio, modo quoque passio alicuius uidetur. Et quia prius agitur ipsa quam agat, magis, imo prorsus, denominari uidetur ab eo quod agitur, et est actio alicuius, quam ab eo quod agit in alios. Signum autem huius est quod nunquam dicimus, 'Hec est cantio Petri', eo quod ipsam proferat, sed eo quod fabricauerit illam. Preterea disserendum est, utrum cantio dicatur fabricatio uerborum armonizatorum, uel ipsa modulatio. Ad quod dicimus, quod nunquam modulatio dicitur cantio,

---

8 1 fastem *CT* 2 tp̄r *CT* 3 uelut *B*, l'nd *C*, ill'd *T* 4 āmissionem sagipte *B* 5 fastis *CT* 6 iste igitur *B* 12 Et circa *B* 15 ene. *BCT* 16 fabricat~ *CT* 22 immo *BCT* 24 est *om.* *B* 26 desserendum *CT* 29 thonus *B* 30 tubicen *CT*

sed sonus, uel tonus, uel nota, uel melos. Nullus enim tibicen, uel organista, uel citharedus melodiam suam cantionem uocat, nisi in quantum nupta est alicui cantioni; sed armonizantes uerba opera sua cantiones uocant; et etiam talia uerba in cartulis absque prolatore iacentia cantiones uocamus. Et ideo cantio nil aliud esse uidetur quam actio completa dictantis uerba modulationi armonizata. Quapropter tam cantiones quas nunc tractamus, quam ballatas et sonitus, et omnia cuiuscunque modi uerba scilicet armonizata uulgariter et regulariter, cantiones esse dicemus. Sed quia sola uulgaria uentilamus, regulata linquentes, dicimus uulgarium poematum unum esse supremum, quod per superexcellentiam cantionem uocamus; quod autem supremum quid sit cantio, in tertio huius libri capitulo est probatum. Et quoniam quod diffinitum est pluribus generale uidetur, resumentes diffinitum iam generale uocabulum, per quasdam differentias solum quod petimus distinguamus. Dicimus ergo quod cantio, in quantum per superexcellentiam dicitur, ut et nos querimus, est equalium stantiarum sine responsorio ad unam sententiam tragica coniugatio, ut nos ostendimus cum dicimus, *Donne, che auete intellecto d'amore*. Quod autem dicimus 'tragica coniugatio', est quia cum comice fiat hec coniugatio, cantilenam uocamus per diminutionem; de qua in quarto huius tractare intendimus. Et sic patet quid cantio sit, et prout accipitur generaliter, et

34 uocamus *om. T* nichil *B* 35 dicentis *B* 36 tñ *B* tractemus *B* 37 scilicet] sūt *B*, s̃ *C T*, *corr. R* 40 suppremum *BCT* 41—2 autem suppr- *B*, aut suppr- *CT* 44 resumente *CT* 47 et *om. B* 50—2 Quod — intendimus *in codicibus in fine capitis post* molimur; *corr. R* 51 catilenam *B* 56 quis *B*

49 *Cantio legitur in Dantis Vita nova 19; ed. Beck (München 1896) p. 45—9, ed. Barbi (Milano 1907) p. 44—8, ed. Scherillo (Milano 1911) p. 107—121.*

prout per superexcellentiam uocamus eam. Satis etiam patere uidetur, quid intelligimus cum cantionem uocamus, et per consequens quid sit ille fascis quem ligare molimur.

9 QVia, ut dictum est, cantio est coniugatio stantiarum, ignorato quid sit stantia, necesse est cantionem ignorare; nam ex diffinientium cognitione diffiniti resultat cognitio; et ideo consequenter de stantia est agendum, ut scilicet inuestigemus quid ipsa sit, et quid per eam intelligere uolumus. Et circa hoc sciendum est, quod hoc uocabulum per solius artis respectum inuentum est, uidelicet ut in quo tota cantionis ars esset contenta, illud diceretur stantia, hoc est mansio capax siue receptaculum totius artis. Nam quemadmodum cantio est gremium totius sententie, sic stantia totam artem ingremiat; nec licet aliquid artis sequentibus arrogare, sed solam artem antecedentis induere. Per quod patet quod ipsa de qua loquimur, erit congremiatio siue compages omnium eorum que cantio sumit ab arte; quibus diuaricatis, quam querimus descriptio innotescet. Tota igitur scilicet ars cantionis circa tria uidetur consistere: primo circa cantus diuisionem, secundo circa partium habitudinem, tertio circa numerum carminum et sillabarum. De rithimo uero mentionem non facimus, quia de propria cantionis arte non est. Licet enim in qualibet stantia rithimos innouare et eosdem reiterare ad libitum; quod, si de propria cantionis arte rithimus esset, minime liceret: quod dictum est. Si quid autem rithimi seruare interest huius quod est ars, illud comprehenditur ibi cum dicimus ʻpartium habitudinemʼ. Quare sic colligere possumus ex predictis diffinientes et dicere, stantiam esse sub certo cantu et habitudine limitatam carminum et silla-

---

9 5 uestigemus *CT* 14 conteminatio *CT* 16 scilicet *om. CT* 17 circa *om. CT* 26 possimus *CR* 27 limitata *BCT*

barum compagem.

SCientes quia rationale animal homo est, et quia sensibilis anima et corpus est animal, et ignorantes de hac anima quid ea sit, uel de ipso corpore, perfectam hominis cognitionem habere non possumus; quia cognitionis perfectio uniuscuiusque terminatur ad ultima elementa, sicut magister sapientum in principio Physicorum testatur. Igitur ad habendam cantionis cognitionem quam inhiamus, nunc diffinientia suum diffiniens sub compendio uentilemus; et primo de cantu, deinde de habitudine, et postmodum de carminibus et sillabis percontemur. Dicimus ergo quod omnis stantia ad quandam odam recipiendam armonizata est; sed in modis diuersificari uidentur; quia quedam sunt sub una oda continua usque ad ultimum progressiue, hoc est sine iteratione modulationis cuiusquam et sine diesi; et diesim dicimus deductionem uergentem de una oda in aliam; hanc uoltam uocamus, cum uulgus alloquimur. Et huiusmodi stantia usus est fere in omnibus cantionibus suis Arnaldus Danielis, et nos eum secuti sumus cum diximus: *Al poco giorno e al gran cerchio d'ombra.* Quedam uero sunt diesim patientes; et diesis esse non potest, secundum quod eam appellamus, nisi reiteratio unius ode fiat, uel ante diesim, uel post, uel undique. Si ante diesim repetitio fiat, stantiam dicimus habere pedes; et duos habere decet, licet quandoque tres fiant, rarissime tamen. Si repetitio fiat post diesim, tunc dicimus stantiam habere uersus; si **10**

---

10 10 ergo *CT*, enim *B* 12 in modis *om. B*, in mod' *CT* 14 siue *CT* 15 diesim *B*, diesini *CT* 17 stantie *CR*, -cie *T* 19 iorno ₇ *BCT* gran cierchio *B*, gram ciercho *CT* dōbra *BT*, d'obra *C* 22 post] pōt*B* 23 stantias *CT* 27 sirima *BCT*

---

6 *Arist. Phys. 1, 1.* 19 *Dantis sestina edita ab Serafini l. c. p. 188—9, Santi l. c. p. 436—440, Carducci l. c. c. 69—70.*

ante non fiat repetitio, stantiam dicimus habere **frontem**; si post non fiat, dicimus habere **sirma** siue **caudam**. Vide igitur, lector, quanta licentia data sit cantiones poetantibus, et considera, cuius rei causa tam largum arbitrium sibi usus asciuerit: et si recto calle ratio te duxerit, uidebis auctoritatis dignitate sola quod dicimus esse concessum. Satis hinc innotescere potest, quomodo cantionis ars circa cantus diuisionem consistat; et ideo ad habitudinem procedamus.

11 VIdetur nobis hec quam habitudinem dicimus maxima pars eius quod artis est; hec etenim circa cantus diuisionem atque contextum carminum et rithimorum relationem consistit: quapropter diligentissime uidetur esse tractanda. Incipientes igitur dicimus quod frons cum uersibus, pedes cum cauda uel sirmate nec non pedes cum uersibus in stantia se habere diuersimode possunt. Nam quandoque frons uersus excedit in sillabis et carminibus, uel excedere potest; et dicimus 'potest', quoniam habitudinem hanc adhuc non uidimus. Quandoque in carminibus excedere et in sillabis superari potest, ut si frons esset pentametra et quilibet uersus esset dimeter, et metra frontis eptasillaba et uersus endecasillaba esset. Quandoque uersus frontem superant sillabis et carminibus, ut in illa quam diximus, *Traggemi de la mente Amor la stiua.* Fuit hec tetrametra frons, tribus endecasillabis et uno eptasillabo

---

28 igitur *CT*, ergo *B* 30 usus sibi *B* direxerit *CT*

11 2 h' ē eīʒ *CT* 7 diuersimode habere pōt *B* 12 uersus ē *CT* deimet' *BC*, deimet[i] *T* 13 ēptasillaba *C*, empta sillaba *T* essent *edd* 15 dicimus *CT* tragemi *BCT*

---

15 *Haec cantio Dantis hodie latet deperditave est.*

contexta; non etenim potuit in pedes diuidi, cum equalitas carminum et sillabarum requiratur in pedibus inter se et etiam in uersibus inter se. Et quemadmodum dicimus de fronte, dicimus et de uersibus. Possent etenim uersus frontem superare carminibus et sillabis superari, puta si uersus duo essent et uterque trimeter, et eptasillaba metra, et frons esset pentametra, duobus endecasillabis et tribus eptasillabis contexta. Quandoque uero pedes caudam superant carminibus et sillabis, ut in illa quam diximus, *Amor che moui tua uirtù dal cielo.* Quandoque pedes a sirmate superantur in toto, ut in illa quam diximus, *Donna pietosa e di nouella etate.* Et quemadmodum diximus frontem posse superare carminibus sillabis superatam, et e conuerso, sic de sirmate dicimus. Pedes quoque uersus in numero superant et superantur ab hiis; possunt enim esse in stantia tres pedes et duo uersus, et tres uersus et duo pedes; nec hoc numero limitamur, quin liceat plures et pedes et uersus similiter contexere. Et quemadmodum de uictoria carminum et sillabarum diximus inter alia, nunc etiam inter pedes et uersus dicimus; nam eodem modo uinci et uincere possunt. Nec pretermittendum est quod nos e contrario regulatis poetis pedes accipimus, quia illi carmen ex pedibus, nos uero ex carminibus pedem constare dicimus, ut satis euidenter apparet. Nec etiam pretermittendum est quin iterum asseramus pedes ab inuicem necessario carminum et sillabarum equalitatem et habitu-

---

20 dicimus *om.* *CT*   21—2 superare — eptasillabȧ] superatermeteʒ et ėptasillaba *C*, supater t'meter et ēpta sil- *T*   23 pētamēta *B*   26 vertù *R* da *CR*   29 superata *BCT*, *corr.* *R*   29—30 ec° sit *CT*   32 duos . . . duos *CT*   34 simul *BCT*, *corr.* *R*   37 uicere *CT*

26 *Cantio Dantis memorata supra II 5, 30 (pag. 49).*

27—8 *Haec cantio legitur in Dantis vita nova 23; ed. Barbi (Hoepli 1907) p. 59—63, ed. Scherillo (Hoepli 1911) p. 157—166.*

dinem accipere, quia non aliter cantus repetitio fieri posset. Hoc idem in uersibus esse seruandum astruimus.

12 ESt etiam, ut superius dictum est, habitudo quedam quam carmina contexendo considerare debemus; et ideo rationem faciamus de illa, repetentes proinde que superius de carminibus diximus. In usu nostro maxime tria carmina frequentandi prerogatiuam habere uidentur, endecasillabum scilicet, eptasillabum et pentasillabum; que trisillabum ante alia sequi astruximus. Horum prorsus, cum tragice poetari conamur, endecasillabum propter quandam excellentiam in contextu uincendi priuilegium promeretur. Nam quedam stantia est que solis endecasillabis gaudet esse contexta, ut illa Guidonis de Florentia, *Donna me prega, perch'io uolglio dire.* Et etiam nos dicimus, *Donne, ch' auete intellecto d' amore.* Hoc etiam Yspani usi sunt; et dico Yspanos qui poetati sunt in uulgari *oc.* Namericus de Belnui, *Nuls hom non pot complir addreciamen.* Quedam est in qua tantum eptasillabum intexitur unum; et hoc esse non potest nisi ubi frons est uel cauda, quoniam, ut dictum est, in pedibus atque uersibus attenditur equalitas carminum et sillabarum. Propter quod etiam nec numerus impar carminum potest esse ubi frons uel cauda non est;

---

12 3 ratione *CT* 6 ēptasill- *B*, -ssil'um *C* -sillaū *T* et pentas- *om. CT* 9 contextum *BCT* 11 flōr. *BT*, fl'or *C* mi *CT* 12 uolglo *BT*, uoglio *CR* 15 belemi *aut* belenu *BC*, belmi *aut* -nu *T* hō pote *BCT* adrecciamen *B*, adrect- *CT* 17 fons *CT* 21 hec *CT*

---

11 *Cantionem ediderunt N. Arnone, Le rime di Guido Cavalcanti (Firenze 1881) n. 1 p. 1—13, G. Salvadori, La poesia giovanile e la canzone d'amore di G. C. (Roma 1895) p. 123 sqq., E. Rivalta, Le rime di G. C. (Bologna 1902) p. 123—6, Monaci, Crestomazia p. 519—520.*

12—3 *Dantis cantio memorata supra II 8, 49 (p. 57).*

15 *Cantio Namerici de Belnui memorata supra II 6, 40 (p. 52).*

sed ubi hee sunt uel altera sola, pari et impari numero in carminibus licet uti ad libitum. Et sicut quedam stantia est uno solo eptasillabo conformata, sic duobus, tribus, quatuor, quinque uidetur posse contexi, dummodo in tragico uincat endecasillabum et principiet. Verumtamen quosdam ab eptasillabo tragice principiasse inuenimus, uidelicet Guidonem de Ghisileriis et Fabrutium Bononienses: *Di fermo sofferire*, et *Donna, lo fermo core*, et *Lo meo lontano gire*, et quosdam alios. Sed si ad eorum sensum subtiliter intrare uelimus, non sine quodam elegie umbraculo hec tragedia processisse uidebitur. De pentasillabo quoque non sic concedimus; in dictamine magno sufficit enim unicum pentasillabum in tota stantia conseri, uel duo ad plus in pedibus; et dico 'pedibus' propter necessitatem qua pedibus uersibusque cantatur. Minime autem trisillabum in tragico uidetur esse sumendum per se subsistens; et dico 'per se subsistens', quia per quandam rithimorum repercussionem frequenter uidetur assumptum, sicut inueniri potest in illa Guidonis Florentini, *Donna me prega*, et in illa quam diximus, *Poscia ch' Amor del tutto m'a lasciato*.

---

23 emptasillabo 9formata *C*, ēpta sillabos for- *T* 26 principasse *CT* 27 de *CT* 28 lontan *B* 29 si *om. CT* 32 enim *om. CT* 33 conserij *CT* 33—4 in pedibus *om. BCT*, *corr. Trissino* 34 qua] q̄ *B*, qꝫ *CT* 35 cantantur *CT* 40 illa que *CT* tuto *CT* lassiato *B*

27—8 *Carmen 'Di fermo sofferire' in unico codice Vaticano 3214 saec. XVI in. 'Mastro Simone rinieri di firenze' inscriptum legitur, ex quo ediderunt L. Manzoni (Rivista di filologia romanza I, Imola 1874 p. 84) et M. Pelaez (Rime antiche italiane . . . = Collezione di opere inedite o rare . . . diretta da G. Carducci vol. 42, Bologna 1895, p. 61).*

28 *Carmina Ghisilerii 'Donna lo fermo' et Fabrutii 'Lo meo lontano' memorata iam supra I 15, 33—4 (pag. 33) nunc deperdita.*

39 *Cantio Guidonis Cavalcanti memorata supra lin. 11 (p. 62).*

Nec per se ibi carmen est omnino, sed pars endecasillabi tantum, ad rithimum precedentis carminis uelut eco respondens. Hoc etiam precipue attendendum est circa carminum habitudinem, quod si eptasillabum interseratur in primo pede, quem situm accipit ibi, eundem resumat in altero: puta si pes trimeter primum et ultimum carmen endecasillabum habet et medium, hoc est secundum, eptasillabum et pes alter habeat secundum eptasillabum et extrema endecasillaba, non aliter ingeminatio cantus fieri posset, ad quam pedes fiunt, ut dictum est; et per consequens pedes esse non possent. Et quemadmodum de pedibus, dicimus et de uersibus; in nullo enim pedes et uersus differre uidemus nisi in situ, quia hii ante, hii post diesim stantie nominantur. Et etiam quemadmodum de trimetro pede, et de omnibus aliis seruandum esse asserimus. Et sicut de uno eptasillabo, sic de pluribus et de pentasillabo et omni alio dicimus. Satis hinc, lector, elicere sufficienter potes qualiter tibi carminum habituanda sit stantia habitudine que circa carmina consideranda uidetur.

13 Rithimorum quoque relationi uacemus, nichil de rithimo secundum se modo tractantes; proprium enim eorum tractatum in posterum prorogamus, cum de mediocri poemate intendemus. In principio igitur huius capituli quedam resecanda uidentur. Vnum est stantia sine rithimo, in qua nulla rithimorum habitudo attenditur; et huiusmodi stantiis

42 tñ rit- *BCT* ul' ut *BCT* ecō *B* 46 pes] ps *BCT*, *corr. Boehmer* 48 et pes — eptasill- *om. BCT*, *supplevit R* 53 dieresim *CT* 54 nominatur *CT* 56 ēptassil'o *T*, -ssill'o *C* 57—9 Satis — uidetur *leguntur in codicibus in linea 43 inter* respondens *et* hoc, *transposuit R* 57 sufficienter eligere *CT* 58 carminum *om. CT* 58—9 habitudinem circa *BC*, hab- esse *T*, *corr. R* 59 uidere *BCT*
13 2 modum *CT* 4 igitur *om. CT* 5 siue rithimos *BCT*

40 *Cantio Dantis edita e. g. a Serafini p. 138—42, Santi p. 362—9.*

usus est Arnaldus Danielis frequentissime, uelut ibi, *Sem fos Amor de joi donar;* et nos dicimus, *Al poco giorno.* Aliud est stantia cuius omnia carmina eundem rithimum reddunt, in qua superfluum esse constat habitudinem querere. Sic proinde restat circa rithimos mixtos tantum debere insisti. Et primo sciendum est quod in hoc amplissimam sibi licentiam fere omnes assumunt; et ex hoc maxime totius armonie dulcedo intenditur. Sunt etenim quidam qui non omnes quandoque desinentias carminum rithimantur in eadem stantia, sed easdem repetunt, siue rithimantur in aliis; sicut fuit Gottus Mantuanus, qui suas multas et bonas cantiones nobis oretenus intimauit. Hic semper in stantia unum carmen incomitatum texebat, quod clauem uocabat. Et sicut de uno licet, licet etiam de duobus et forte de pluribus. Quidam alii sunt, et fere omnes cantionum inuentores, qui nullum in stantia carmen incomitatum relinquunt quin sibi rithimi concrepantiam reddant', uel unius uel plurium. Et quidam diuersos faciunt esse rithimos eorum que post diesim carmina sunt, a rithimis eorum que sunt ante; quidam uero non sic, sed desinentias anterioris stantie inter postera carmina referentes intexunt. Sepissime tamen hoc fit in desinentia primi posteriorum, quam plerique rithimantur ei que est priorum posterioris; quod non aliud esse uidetur quam quedam ipsius stantie concatenatio pulcra. De rithimorum quoque habitudine, prout sunt in fronte uel in cauda, uidetur omnis optata licentia concedenda; pulcerrime tamen se habent ultimorum carminum desinentie,

6 status *C*, stat' *T* 8 iorno *BCT* 18 hec *B* 19 in9mitatum *B*, incomutatum *CT* 20 sic *CT* 23 un' *CT* 25 dieresim *CT* 28 quam *CT*, quod *B*

7—8 *Cantionem Arnaldi Danielis edidit Canello, La vita e le opere di A. D.* (*1883*) *p. 117—8.*

8 *Cantio Dantis memorata supra cap. 10* (*pag. 59*).

si cum rithimo in silentium cadant. In pedibus uero cauendum est; et habitudinem quandam seruatam esse inuenimus. Et discretionem facientes dicimus quod pes uel pari uel impari metro completur; et utrobique comitata et incomitata desinentia esse potest. Nam in pari metro nemo dubitat; in alio uero, si quis dubius est, recordetur ea que diximus in preinmediato capitulo de trisillabo, quando pars existens endecasillabi uelut eco respondet. Et si in altero pedum exsortem rithimi desinentiam esse contingat, omnimode in altero sibi instauratio fiat. Si uero quelibet desinentia in altero pede rithimi consortium habeat, in altero prout libet referre uel innouare desinentias licet, uel totaliter uel in parte, dumtaxat precedentium ordo seruetur in totum; puta si extreme desinentie trimetri, hoc est prima et ultima, concrepabunt in primo pede, sic secundi extremas desinentias conuenit concrepare; et qualem se in primo media uidet, comitatam quidem uel incomitatam, talis in secundo resurgat; et sic de aliis pedibus est seruandum. In uersibus quoque fere semper hac lege perfruimur; et 'fere' dicimus, quia propter concatenationem prenotatam et combinationem desinentiarum ultimarum quandoque ordinem iam dictum peruerti contingit. Preterea nobis bene conuenire uidetur, ut que cauenda sunt circa rithimos, huic appendamus capitulo, cum in isto libro nil ulterius de rithimorum doctrina tangere intendamus. Tria ergo sunt que circa rithimorum positionem potiri dedecet aulice poetantem. Nimia scilicet eiusdem rithimi repercussio, nisi forte nouum aliquid atque intentatum artis hoc sibi preroget; ut nascentis militie dies, qui cum nulla prerogatiua suam indignatur preterire dietam;

---

37 incomutata *CT* 41 ecō *B* 42 desinē; *CT* 49 qualem in se in *B* 54 desinentium *BCT*, *corr. Giuliani* 55 contingat *B* 56 ut *om. CT* rithimas *CT* 57 nichil *B* 58 contra *CT* 62 prerogatiuam *BCT*

hoc etenim nos facere nisi sumus ibi, *Amor, tu uedi ben che questa donna.* Secundum uero est ipsa inutilis equiuocatio, que semper sententie quicquam derogare uidetur. Et tertium est rithimorum asperitas, nisi forte sit lenitati permixta; nam lenium asperorumque rithimorum mixtura ipsa tragedia nitescit. Et hec de arte, prout habitudinem respicit, tanta sufficiant.

EX quo duo que sunt artis in cantione satis sufficienter **14**
tractauimus, nunc de tertio uidetur esse tractandum, uidelicet de numero carminum et sillabarum. Et primo secundum totam stantiam uidere oportet aliquid; deinde secundum partes eius uidebimus. Nostra igitur primo refert discretionem facere inter ea que canenda occurrunt, quia quedam stantie prolixitatem uidentur appetere, quedam non. Nam cum ea que dicimus cuncta uel circa dextrum aliquid uel sinistrum canamus, ut quandoque persuasorie, quandoque dissuasorie, quandoque gratulanter, quandoque ironice, quandoque laudabiliter, quandoque contemptiue canere contingit, que circa sinistra sunt uerba semper ad extremum festinent, et alia decenti prolixitate passim ueniant ad extremum . . .

---

63 uede bene *BCT* 66 est *om. CT* 68 ītescit *CT*
14 1 duo *om. BCT*, *corr. R* 4 instantiam *BC*, -ciam *T* a'd diuidere *CT* 6 cauenda *CT* 10 uonice *CT*, yronice *B* 11 contentiue *CT* 12 sinistram *B*

---

63 *Dantis cantio edita e. g. ab Serafini l. c. p. 185—7, Santi l. c. p. 403—9, Carducci l. c. c. 70—71.*

INSCRIPTIONES CAPITULORUM

in codicibus *CT* additae ex recensione Pii Rajna

LIBER PRIMUS

INDEX REI ORTHOGRAPHICAE

B	*C*	*T*
aspiratio:	*aspiratio:*	*aspiratio:*
h *male omissa:*	h *male omissa:*	h *male omissa:*
	eroico I 12 12.	
	ucusque II 4 6.	ostium I 18 3.
foco I 12 8; II 6 45.	ancor I 12 8.	iniamus II 10 7.
	marca I 10 35.	marca I 10 35.
	panteram I 16 2.	panteram I 16 2.
	tomam I 14 13.	tomam I 14 13.

B	*C*	*T*
h *male addita:* haurientes I 1 9. anchonitana I 10 35. thonus II 8 29.	h *male addita:* hora I 7 3. hedificare I 7 19. hedificationem I 6 34; -ne I 9 13. abhorret I 2 6. anchonitaneis I 10 44. circha II 11 2.	h *male addita:* hausteritatem II 7 23. hedifficationem I 6 34. abhorret I 2 6. anchonitaneis I 10 44.
assimilatio male adhibita: āmiramur I 9 50. āmissionem II 8 4. assoleuit II 5 40. ōmictamus II 4 33. *male neglecta:* īlegitimos II 3 7. īregulares II 3 7. obprobrium I 12 11.	*assimilatio male adhibita:* auene I 8 9. *male neglecta:* adcensus II 7 13. adfinitatem I 13 18. adscendere I 7 21. adsciscunt I 15 5. adsistentibus I 1 16. adsociandi I 11 27. adsuefiunt I 1 15. obmitamus II 4 33. obprobrium I 12 11.	*assimilatio male adhibita*: auene I 8 9. *male neglecta:* } *ut C* adspirationis II 7 40. adsuefiunt I 1 15. obmittamus II 4 33.
c *male omissa*: distinta I 2 33. incuntanter I 5 5. instintu I 2 23. scisitanti I 4 9.	c *male omissa*: autoribus II 6 48 } *ut T.* tusiam I 6 24 } *ut T.*	c *male omissa*: construtionis I 6 30; II 4 36; -nibus I 17 14. cuntamur I 10 3. cuntis I 11 11. fasis II 8 5.
c *male addita*: scicilia I 12 20; -am I 8 32; -ano I 12 4; -anum I 12 21.	c *male addita:* bructalia I 12 15. per conctari I 15 1. poectasse II 2 55. reuiscentes II 4 9. sciciliano I 12 4.	c *male addita*: admisscionem II 8 4. distincxit I 4 43 } *ut C.* fructices I 18 8 } *ut C.* posscimus II 6 6.

B	*C*	*T*
pro c *scripta* k: karitate I 17 9.	*pro* c *scripta* k: karissime II 3 30. *pro* c *scriptae* qu: loquuntur I 2 39.	*pro* c *scripta* k: karissime II 3 30. pro c *scriptae* qu: loquuntur I 2 39. quo artare II 3 1.
pro c *scripta* t: conitio I 7 45. orifitium I 4 22.	*pro* c *scripta* t: conitio I 7 45. elitiendum I 12 31. fastis II 8 5; -tem II 8 1.	*pro* c *scripta* t: actentus II 7 40. fastis II 8 5; -tem II 8 1. iuditio I 15 23.
pro e *scripta* i: diriuatum I 8 22.	*pro* e *scripta* i: niminem I 3 5. predicessores I 12 21.	*pro* e *scripta* i: diriuatum I 8 22. niminem I 3 5. predicessores I 12 21. uiritatem II 5 19.
geminatio omissa: Apeninus *semper*. Azonis I 12 25. balatarum II 4 7. ciuicase I 9 52. diserendum II 2 43. endecasilabo II 5 8. initi I 10 21 *ut CT*. nauare II 5 24 *ut T*. nela II 6 47. oceano I 8 19. pulcerime *etc. semper*. trisilabitati II 7 28 *ut CT*. trisilabo II 13 40; -bum II 5 10.	*geminatio omissa saepissime e. g*: alamanos I 8 40. asueta I 7 25. babo II 7 21. castelana I 13 18. celeberimum II 5 32. comertium I 2 29; 7 34. coruptionem I 7 6. endecasilabo II 5 8; -bum II 5 19, 26; 7 44. excelens *et derivata plerumque*. garulitatem I 15 12. obmitamus II 4 33. ommitentes II 4 7. proferi II 1 4. silabicando II 5 6. trisilabo II 5 7 *bis*. ualati I 8 41.	*geminatio omissa*: aleuiato II 7 41 *ut C*. aloqui- II 10 16 *ut C*. amysibus I 7 29 *ut C*. appelamus I 1 15 *ut C*. apenini I 8 42 *ut BC*. calem I 11 3. calide II 2 44 *ut C*. comertium I 2 29 *ut C*. comistionem I 15 45. initi I 10 21 *ut BC*. insurexit I 7 15. meditulium I 14 9. nauare II 5 24 *ut B*. ochiouer I 11 12 *ut C*. policiti I 19 14 *ut C*. pulcerime *etc ut BC*. recoligentes II 5 43. suma sumis II 4 38. sumum II 6 5 *ut C*.

B	*C*	*T*
	pro i *scripta* e: desserendum II 8 26. saltem I 8 8; 9 68. *pro* i *scriptae* ij: conserij II 12 33. eicijamus I 11 4 *C tantum.* tuscij I 13 20. uenetijs I 10 46. yspanij I 8 29.	
pro i *scripta* y: asye I 8 14. Cynus *semper.* cytharedus II 8 30. dyabolus I 2 32; -lo I 4 9. ydemptitas I 9 63. ymbricia I 10 30. inhyamus II 10 7. prosaycum *semper et in derivatis.* sycilia I 10 38; -num I 12 29.	*pro* i *scripta* y: epiphyarum II 1 53. ymo II 1 54. ynsule I 10 38. ytinera I 9 5. troyanorum I 10 12. ydyoma I 8 27. *pro* mp *scripta* n: contentiue II 14 11. tentabimus I 1 8.	*pro* i *scripta* y: epiphytum II 1 53. ymo II 1 54. ynsule I 10 38. ytinera I 9 5. prosaycum I 10 11. -cantes II 1 4. tybie I 12 26. *pro* mp *scripta* n: contentiue II 14 11. identitas I 9 63. tantabimus I 1 8.
	n *addita*: discernãt I 5 13.	n *addita:* Arnanldum II 2 56. ravenantes I 9 16.
	cantantur II 12 35. caueant II 4 42. grandinosa II 7 10. lombardina I 10 51. sint I 1 26. superficientenus II 6 28. uidentur I 10 21.	
pro n *scripta* m: mediastimis I 11 25.	*pro* n *scripta* m: optimuit I 8 19. tamquam I 1 6; 2 34; 11 29.	*pro* n *scripta* m: tamquam I 1 6.

B	*C*	*T*
r *omissa*: cribare II 7 17; -bemus I 11 23. migemus II 4 4. pentamēta II 11 23. r *addita*: fredericus I 12 13; -ci I 12 24. grassarra I 13 14. pentrametra II 11 12. tronitrua I 4 40.	*pro* r *scripta* t: apotiauimus II 4 1. cribrate II 7 17. miretis II 6 47. reburta II 7 10.	r *omissa*: extorsum I 18 4. (*pro* r *scripta* t: *ut C.*)
s *omissa*: exurgens I 7 24. *pro* s *scripta* x: extensis II 6 29. procexisse II 12 31.	s *omissa*: adcensus II 7 13. exitat I 6 17. s *addita*: exstupa I 18 8. exstrorssum I 18 4.	s *omissa*: adcensus II 7 13. exitat I 6 17. faciandi II 8 1. s *addita*: et stirpa I 18 8.
	pro t *scripta* d: Guidonem II 6 56. uelud I 18 21; II 13 41. *pro* t *scriptae* pt: perscruptemur I 9 41. *pro* ti *scriptae* ci: pocius I 1 27; 9 40; 11 9; II 1 54. preciosissimum II 2 48 *ut T.* reuerencia I 5 14. sentencie II 5 12 *ut T.* spacium I 1 22 *ut T.* stulticia(m) I 7 16; II 4 52 *ut T.* tocius I 18 14; 19 8.	*pro* t *scripta* d: actende II 7 16. uelud I 18 21; II 13 41. *pro* t *scriptae* pt: perscruptemur I 9 41. *pro* ti *scriptae* ci *saepissime e. g*: exercicij I 7 38. fabrucium II 12 27. irreciamus I 16 5. nociora I 9 4. pocius I 1 27; 11 9; II 1 54. stancia II 9 2; 10 11; 12 10. tercio I 7 15; II 2 49; 8 42.

B	*C*	*T*
pro tt *scriptae* ct *constanter e. g*: actendentes I 1 14. actingit I 13 27. actulerunt I 8 11. Brunectum I 13 7. Guictonem II 6 56 (*sed* -ttonem I 13 5). lictera I 13 32; -am 30.	*pro* tt *scriptae* ct: guctura I 8 9 *ut B*. permictit I 1 5. pretermictendum II 11 37 *ut B*.	tercium I 7 12; 8 27; 19 9; II 13 66. tocius I 8 8; 14 10; 18 14; 19 6; II 9 10 *pro* tt *scriptae* ct: permictit I 1 5 *ut BC*.
pro tt *scriptae* pt: sagipte II 8 4.	*pro* tt *scriptae* pt: illegiptimos II 3 7.	*pro* tt *scriptae* pt: illegiptimos II 3 7.
pro x *scripta* s: mista II 1 61.	*pro* x *scripta* s: comistione I 15 13; -em I 15 21, 45. estricatum I 17 16.	
	pro y *scripta* i: idiomate I 4 5. istria I 10 37; -nis 47. italia I 15 1; 18 32; 19 12.	*pro* y *scripta* i: idiomate I 4 5. istria I 10 37; -nis 47.
	pro y *scripta* u: tureni I 10 38; -num 32. ursuta II 7 50.	*pro* y *scripta* u: tureni I 10 38. vrsuta II 7 33.

INDEX LOCORUM VULGARIUM CITATORUM

LINGUA *oc*.

LINGUA *oïl.*

LINGUA *sì.*

Carmina

1) Carmina supra enumerata collecta leguntur apud H. J. Chaytor, The Troubadours of Dante (Oxford, Clarendon Press 1902) et in libello E. Monaci, Poesie provenzali allegate da Dante nel De vulgari Eloquentia (Roma, Loescher 1903).

Sententiae prosaicae

INDEX NOMINUM

INDEX VOCABULORUM POTIORUM